INSTITUTIONES

GRAMMATICAE

IN USUM

SCHOLARUM GRAMMATICARUM

REGNI HUNGARIAE

ET

ADNEXARUM PROVINCIARUM.

PARS I.



Constat in cruda 32 xr. Mon. Conv.

BUDAE,
TYPIS REGIAE UNIVERSITATIS HUNGARICAE
1849.

Nomina declinare, et verba inflectere (*ea etiam in breves, simplicesque Sententias componere Sect. II. Cap. II. Instit. Lit.*) imprimis pueri sciant; neque enim aliter ad intellectum sequentium pervenire possunt.

Quintilianus

PRAEFATIO

Institutiones hae Grammaticae, quarum brevis Conspectus singulis partibus praemittitur, concinnatae sunt maxima parte ad Normam *Emmanuelis Alvari*, celeberrimi aevo suo in Lusitania Grammatici, qui Grammaticam artem scribere ita aggressus erat, ut nihil cognitione dignum praeteriret, Grammaticos omnes, qui ante se fuerunt, tum veteres, tum recentiores excuteret, eorum controversias omnes, quae sunt infinitae, acerrimo iudicio expenderet, deque iis sententiam suam interponeret, opus quoddam excellens, atque opinione omnium doctorum absolutissimum confecit, Magistro quidem adprime utile, atque probatum, sed et mole grandius, et rebus ipsis, de quibus agebat, multis in locis subtilis, quam ut a discipulis facile et parari, et gestari, et tractari, ac intelligi posse videretur. Fontes ipsos; ut e Praefatione eius, libro I. de Institutione Grammatica, praemissa videre est, adiit M. Varronis Romanorum omnium eruditissimi libros de Institutione Oratoria, Auli Gelii; Noctium Atticarum undeviginti; Probi, Diomedis, Phocae, Donati, Prisciani Institutiones Grammaticae in usum suum convertit, atque ex his Praecepta delegit, quae Terentii, Ciceronis, Caesaris, Livii, Virgilii, Horatii, atque aliorum veterum testimoniis confirmavit. Atque hinc *Casp.*

Scioppius vir multarum literarum, qui post *Franciscum Sanctium Brocensem*, Grammaticos omnes acriter exagitat, eosque ignorantiae, et inanitatis saepius convincit, de *Grammaticae veteris et novae origine, dignitate, et usu* locutus, haud diffitetur Emmanueli Alvaro primas deberi. „*Nam* (verba eius sunt,) *et ipse longe cultius dicendi genus, quam non dicam veterum quisquam* (*nam illi pessime omnes latine scripserunt*) *sed quam recentiores plerique in arte tradenda praestitit*, *et ea ex optimo quoque veterum Auctorum exemplo seligere curae habuit, quibus regulae artis plurimum stabiliri, et sine negotio a tironibus intelligi possent.*" Sed quia celeberrimus Lusitanus, in Lusitania scribens, nominum et verborum interpretationem suae gentis hominibus accommodarat, ut ob eam rem minus commode in aliarum Provinciarum scholas illius Institutiones Grammaticae induci possent: primus *Horatius Turselinus*, cuius multa elegantissime ad Latiorum veterum similitudinem accedentia scripta exstant, universum *Alvari* opus retractavit, atque effecit, ut Italis etiam prodesset; vir hic, quo erat ingenio, atque doctrina, omnia perpendit, recensuit, digessit, edidit, atque opusculum illud, quod Alvari nomine Turselinus ipse, qui illud e maiori illo eiusdem opere concinnaverat, inscriptum voluit, habemus Romae, Venetiis, Bassani, Patavii, etc. saepius recusum. Ad normam Grammaticae huius Alvarianae studio Horatii Turselini scholis accommodatae, variae deinde in variis Europae Provinciis in usum scholarum adornatae sunt Institutiones Grammaticae; verum quod passim fit in rebus ceteris, ut, quo longius quaeque recedit ab origine, eo magis nativa eius integritas deteratur, factum esse et cum Grammatica hac, expe-

rientia docuit; edita enim primum castigatissime, aliis atque aliis subinde typis ac linguis recusa, atque inprimis in Hungaria discentium varii idiomatis usui accommodata, partim eorum, qui ei pro varietate temporum praescripti Systematis literarii, et classium, quibus aptari debuit, varias indiderunt formas inconsiderantia quadam; partim vero typothetarum culpa, complures contraxit naevos. In his itaque *Institutionibus Grammaticis in usum Scholarum Grammaticarum Regni Hungariae, et adnexarum Provinciarum* novis curis, et nova methodo adornandis, data inprimis fuit opera: 1) ut Regulae Alvarianae ad fidem meliorum exemplarium exigerentur, et ea, quae de octo Partibus Orationis hinc inde sparsa erant, in unum collecta suo loco comparerent; 2) ut iuxta Sciographiam in novissime inducto Systemate literario praescriptam, Scholis Grammaticis, in quadriennium in posterum divisis, singula accommodarentur; 3) ut adhibitis e praestantissimis tam veteribus, quam recentioribus, qualis inprimis *Schellerus*, et *Broederus* sunt, Grammaticis adminiculis reviderentur omnia: errores, si qui fortasse in hactenus usitatas Grammaticas quoquo demum modo irrepsissent, auctoritate classicorum auctorum corrigerentur, atque defectus, cum dies diem perpetuo doceat, supplerentur.

Admonitiones, quae in singulis partibus Institutionum harum Grammaticarum passim occurrunt, pertinent ad Magistros inprimis in arte docendi adhuc novicios, quorum perpetuum studium esse debet: ut rudes puerorum mentes facillima in docendo methodo adiuventur. Sincerum Moderatoris de iuventute patriae bene merendi studium, praesertim illud Ciceronis de Div. II. sibi ante oculos saepius proponentis

Quod munus Reipublicae adferre maius, meliusve haud possumus, quam si docemus, atque erudimus iuventutem. Sedula librorum paedagogicorum, qualium hodie affatim est, lectio et lectorum prudens applicatio; longus denique usus, et experientia magistra optima, diversas Magistro suppeditabunt in docendo methodos, inprimis si talis sit, quem Quintilianus L. II. C. 2. eleganter depingit. *Sumat ante omnia parentis erga discipulos suos animum, ac succedere se in eorum locum, a quibus sibi liberi traduntur, existimet. Ipse nec habeat vitia, nec ferat. Non austeritas eius sit tristis, non dissoluta sit comitas; ne inde odium, hinc contemtus oriatur. Plurimus ei de honesto, ac bono sit sermo; nam quo saepius monuerit, hoc rarius castigabit. Minime iracundus, nec tamen eorum, quae emendanda erunt, dissimulator; simplex in docendo, patiens laboris, assiduus potius, quam immodicus. Interrogantibus libenter respondeat; non interrogantes percontetur ultro. In laudandis discipulorum dictionibus nec malignus.* (i. e. nimis parcus) *nec effusus: quia res altera taedium laboris, altera obscuritatem parit. In emendando, quae corrigenda erunt, acerbus, minimeque contumeliosus; nam id quidem multos a proposito studendi fugat, quod quidem sic obiurgant, quasi oderint.*"
Scribebam Budae, ipsis Calendis Octobris MDCCCVII.

Josephus Grigely,
AA. LL. et Philosophiae Doctor Collegiatus, ac in Regio Archi-Gymnasio Budensi II. Humanitatis Professor publ. ord. et Senior.

CONSPECTUS.

INTRODUCTIO IN GRAMMATICAM LATINAM.

Quid est Grammatica Latina?

Est ars bene latine legendi, scribendi, intelligendi, et loquendi.

Quot partibus constat?

Quinque: Orthoepia, Orthographia, Etymologia, Syntaxi, et Prosodia.

SECTIO I.

De Orthoepia.

Quid est Orthoepia?

Est, quae literas, earum discrimen, scripturam, pronunciationem, et in syllabas coalitionem docet; seu est ars bene legendi.

Quid est Litera?

Est minima pars vocis articulatae, quae scribi potest individua.

Quot sunt Literae?

Quatuor, et viginti: A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, U, V, X, Y, Z. E quibus graeca sunt: K, Y, Z.

Quomodo dividuntur Literae?

In Vocales, et Consonantes.

Quot sunt Vocales?

Quinque simplices latinae: A, E, I, O, U, et una graeca Y. E quibus fiunt sex compositae, seu diphthongi: ae, au, ei, eu, oe, yi, ut: *praemium*, *aurum*, *hei*, *Europa*, *poena*, *harpya*.

Quot sunt Consonantes?

Septemdecim, et ideo hae literae appellantur consonantes, quia vocalibus iunctae simul sonant. Saepe etiam I et U fiunt consonantes, quando videlicet syllabam inchoant sequente vocali, ut: *ius*, *ianua*, *iuvo*, *iovis*, *maior*, *vado*, *venio*.

Quomodo dividuntur Consonantes?

In simplices, et duplices. Simplices sunt quindecim, octo mutae: B, C, D, G, K, P, Q, T, et septem semivocales, e quibus quatuor L, M, N, R, liquidae dicuntur. Duplices sunt duae: X, et Z.

Quomodo sunt literae hae pronunciandae?

Pronunciatio usu addiscenda est.

Nota 1) Olim aliquae literae aliter fuerunt pronunciatae, quam e proximis seculis accepimus, praecipue C, et Q, et diphthongi AE, OE, quae hodie fere ut E efferimus.

2) Non est anxie de illa pronunciatione hodie laborandum, sed literarum ea, quae hodie in usu est, prolatione utendum.

3) C ante a, o, u, et consonantem; item in fine vocis sonat ut K. e. g. *caro*, *cor*, *culter*, *credo*, *ac*, *nec*. Ante e, i, y, ae, oe, sonat ut ʒ germanicum; e. g *cedrus*, *cibus*, *Cyrus*, *Caesar*, *coena*.

4) T sequente i, et alia vocali, et diphthongo, sonat ut apud Germanos ʒ, e. g. *ambitio*, *nuptiae*. Initio autem vocis, aut praecedente litera s retinet sonum literae t, e. g. *tiara*, *ostium*, *quaestio*.

Admonitio. In scholis quidem iam vernaculis discunt adolescentes noscere literas; coniungere syllabas; libros typo, et manu scriptos legere; non negliget tamen sedulus magister et in scholis latinis curare: ut discipuli facilem legendi modum consequantur, rectaeque vocum pronunciationi a teneris assuefiant; quam in rem in scholis omnia elata voce legi iubeat, et siquid dissoni, affectati, aut declamatorii subrepat, illico corrigat.

Scripturam literarum, et quae fiunt, etiam praeceptorum dextra solertia, et lectissimorum scripturae exemplarium, qualia aeri incisa complura prostant, imitatio optime docebit. Ut vero in *Calligraphia* adolescentes assidue exerceantur, expolianturque, necesse erit providere: ut non solum in thematibus domesticis, et scholasticis nulli operae in nitide scribendo parcant, verum etiam *Exercitia Correcta* nitide describant, correctaeque, atque emendatae eiusmodi scripturae exempla consuta in *Semestralibus Examinibus* videnda exhibeant: ut diligentiores pro merito collaudari, negligentes autem ad maiorem diligentiam excitari possint.

SECTIO II.

De Orthographia.

Quid est Orthographia?

Est ars recte scribendi.

Quotuplices sunt fontes Orthographiae latinae?

Sunt duplices: 1) *externi*, 2) *interni*. Ad *externos* pertinent: 1) *Libri manuscripti* veterum Romanorum, quorum, quia manuscripti rarissimi sunt, vices subeunt castigatae editiones. 2) *Lapides* literati, et *Tabulae* aeneae. 3) *Numismata.*

Interni sunt intra ipsam Grammaticam, ad quam referuntur: 1) *Derivatio* e Latinis, aut Graecis vocabulis. 2) *Analogia.* 3) *Prosodia*, quae v. g. docet *preces* scribendum esse, non *praeces*, etc.

Nota. Ex hoc iam satis apparet ad perfectam *Orthographiae latinae* notitiam neminem prius, quam universam Grammaticae Oeconomiam peritissime perspectam

habuerit, pervenire; atque paucas hic solum Orthographiae regulas pro initiantibus proponi posse.

Quae regulae Orthographiae sunt in genere observandae?

1) Sunt de *literis*, earumque mutatione. 2) De *abbreviatione* et *divisione* vocum. 3) De *vocabulis* quibusdam, quae perperam vulgo scribuntur. 4) De notis *interpunctionum*.

Ubi literarum figurae maiusculae scribi solent?

1) In principiis sententiarum, et versuum, uti etiam literae initiales post punctum. 2) In nominibus propriis, et quae inde deducuntur, e. g. *Homerus*, *Homericus*, *Roma*, *Romanus* etc. 3) In nominibus Festorum, Scientiarum, Dignitatum, Officiorum, et omnium eorum, quae singulare, et notabile quid significant, e. g. *Pascha*, *Geographia*, *Rex*, *Dux*, *Aprilis*, etc. 4) In titulis, et pronominibus honoris causa, e. g. *Te vir Illustrissime!* nonnullis placet similia meris maiusculis literis exscribere, ut: TE VIR ILLUSTRISSIME!

Quae regulae in minusculis literis observandae?

1) Cavendae formae literarum a typothetis sine necessitate inventae, qualis est j pro i; scribendum ergo *adiicere* non *adjicere*. 2) In diphthongis *ae*, vel *oe* ordinarie separatim ponuntur vocales, rarius contrahuntur. 3) Literam *v* ab initio, *u* in medio, et fine literarum solent aliqui ponere, et scribere *vt* pro *ut*, *iuuo* pro iuvo, *vua* pro uva; alii scribunt, prout pronunciant; v. g. *uva iuvo*, quae ratio scribendi lectionem vocabulorum latinorum faciliorem reddit, et puerorum captui accomodatior est. 4) Literae *y*, *th*, *ch*, *ph*, Graecorum propriae, adeoque nonnisi in vocabulis origine Graecis adhibendae sunt: male ergo scribitur *author*, *tyro*, *charus*; ob Euphoniam tamen *ch* admittunt *pulcher* et *inchoo*, quae et Cicero probat. 5) Ubi non repugnat Euphonia, in compositione retinenda est consonans ultima praepositionis, cis *adfero*, *adgredior*, etc. recte: *adcipio*, *conlego*, *conmeo* adfectationem redolent; suum cuique pulchrum.

Quid de abbreviatione vocum?

A vocibus abbreviandis, maxime in minuscula scriptura, quantum fieri potest, abstinendum, e. g. *Dna*, *nra*, pro Domina nostra; talis scribendi ratio aenigma est lectoribus, et saepe numero post elapsum aliquod temporis intervallum ipsis etiam scribis. Neque tamen reiiciendae sunt abbreviationes praenominum Romanorum, quae et veteres vix unquam, nisi vel una litera, vel binis, vel pluribus scribere solebant. Sic una litera exprimuntur: A. *Aulus*, C. *Caius*, D. *Decimus*, L. *Lucius*, M. *Marcus*, P. *Publius*, Q. *Quintus*, T. *Titius*; duabus: Cn. *Cnaeus*, vel *Cneius*. Sp. *Spurius*, etc. tribus: Ser. *Servius*, Sex. *Sextus*, Tib. vel Ti. *Tiberius*. Occurrunt etiam aliae in veteribus classicis abbreviatae voces: e. g. A. U. C. id est: *Anno urbis conditae*. Cos. *Consul*, *Consulem*, etc. Coss. *Consules*, *Consulibus*. C. D. *Consul designatus*. D. *Divus*. D. O. M. *Deo optimo maximo*. D. D. *Dono dedit*. D. D. D. *Dat*, *dicat*, *dedicat*; vel *dono dicat*, *dedicat*. D. M. *Diis Manibus*. F. F. F. *Felix*, *faustum*, *fortunatum*. S. P. Q. R. *Senatus*, *Populusque Romanus*. I. O. M. *Iovi optimo maximo*. H. S. *Hestertius*, *vel Sestertium* etc. Id. *Idus*. Kal. *Kalendae*. Non. *Nonae*. P. *Posuit*. S. V. B. E. E. Q. V. id est: *Si vales*, *bene est*, *ego quidem valeo*. etc.

In recentiorum scriptis occurrunt:

A. M. id est: *Anno Mundi*, A. C. *Anno Christi*, A R. S. *Anno reparatae salutis*. C. M. *Caesarea Maiestas*. N. T. *Novum Testamentum*. V. T. *Vetus Testamentum*. H. L. Q. C. id est: *Hora*, *locoque consueto*, et quae sunt huius generis, alia ex usu discenda.

Quae regulae in recta Syllabarum divisione observandae?

1) Consonans una inter duas vocales semper coniungitur cum sequente, ut: Ci-ce-ro, Da-nu-bi-us.

2) Quando consonans duplicatur, una cum antecedente, altera cum sequente vocali iungitur, e. g. an-nus, flam-ma.

3) Consonantes quae ad initium vocis alicuius coniunguntur, sunt etiam in medio vocis coniungendae, ut in tabella adiccta est videre:

Bd.	Quia dici potest.	Bdelium	divide	ergo	a-bdo-men.
Cl.		Clivius	—	—	Co-cles.
Cn.		Cneus	—	—	Te-chna.
Ct.		Ctesiphon	—	—	do-ctus.
Gn.		Gnarus	—	—	i-gnis.
Mn.		Mnemosynon	—	—	o-mnis.
Pht.		Phtisis	—	—	na-phta.
Ps.		Psittacus	—	—	scri-psi.
Pt.		Ptolomacus	—	—	a-ptus.
Sc.		Scamnum	—	—	di-sco.
Sm.		Smaragdus	—	—	Co-smus.
Sp.		Spes	—	—	a-sper.
Sq.		Squamma	—	—	te-squa.
St.		Sto	—	—	pa-stor.
Tl.		Tleptolemus	—	—	A-tlas.

4) Excipiuntur ab his compositae voces, quas Quintilianus ita dividendas esse monet, *quemadmodum id patitur earum origo, et compositio*, e. g. *prod-eo*, *ab-igo*, *ad-eo*, *dis-curro*, *sus-cipio*, *sus-tineo*, *pen-insula*, *et-iam*, *neg-otium*, *pros-odia*, *pot-est*.

Nota. Alii, inprimis Batavi, hanc legem sibi imponi nolunt, sed scribunt, prout pronunciant; v. g. a-bigo, po-test e-tiam, cap-tus, Magis-ter; priorem tamen dividendi rationem plerique hodie sequuntur.

Admonitio. In vocalibus, quae vulgo perperam scribi putantur, recensendis: *Christophorus Caelarius in Orthographia sua latina, Ioannes Gerch, Scheller in praecept. Stil. bene lat.* et complures alii prolixos texunt indices, et 1) Vocabulorum nonnullorum rectam scribendi rationem firmant lege Etymologiae: e. g. ancora, non *anchora*, auctor, non *author* vel *autor*; museum, non *musaeum*; scena, non *scaena*; torus, non *thorus*, etc. 2) Nonnulla adducunt; quae certa quidem Etymologia non nituntur, magna tamen verisimilitudine se commendant. E. g. Heres rectius eis videtur, quam

haeres: quod heres fiat herus; infitiari rectius, quam *inficiari*, quod videatur a fateri ortum esse. 3) In quibusdam incertum plane est, quomodo scribendum sit, quia eorum origo latet: e. g. *caerimonia, caeremonia, ceremonia; causa, caussa; caecus, coecus; caelebs, celebs; littera, litera; saeculum, seculum*, etc. 4) In aliquibus denique duplicem scripturam admittunt: e. g. *quotidie*, et *cotidie, cocus*, et *coquus, locutus*, et *loquutus tricesimus*, et *trigesimus, vicesimus*, et *vigesimus*, etc. Quia vero de vocabulorum huiusmodi scribendi ratione nec inter ipsos adhuc convenit eruditos; nec praeterea magni refert, utrum adolescens hoc an alio modo scribat vocabula, dummodo plurium exemplum sequatur: ad criticos philologos ista potius, quam ad elementorum linguae latinae studiosos pertinent; majore cura cavendum id, ne, in quo complures errare experientia docet, omne vocabulum, quod a syllaba *pre* incipit, per diphthongum *ae* perperam scribatur; simplici enim *e*, sequenti expressa versu scribenda.

Prela, prehendo, precor, pretiumque, premoque, precesque,
Dant tibi simplex e, diphthongum cetera poscunt.

Quae notae praecipuae Interpunctionum apud Latinos?

1) *Comma* (,) ut: *Divitiae, decus, et gloria in oculis sita sunt.* Sall. *Nihil est virtute formosius, nihil amabilius.* Cic.

2) *Semicolon*, comma cum puncto, vulgo *media nota* (;) e. g. *Hominum duo sunt genera: alterum indoctum et agreste, quod anteferat semper utilitatem honestati; alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponat.* Cic. *Si contentio quaedam, et comparatio fiat: quibus plurimum tribuendum sit officii? Principes sunt, patria, parentes; quorum beneficiis maxime obligati sumus.* Cic.

3) *Duo puncta, colon* (:) e. g. *Pisistrato e Solone quaerenti, qua tandem spe fretus, tam audacter obsisteret? respondit: senectute.* Cic. *Ut hominis decus est ingenium: sic ingenii lumen est eloquentia.*

4) *Punctum* (.) e. g. *In hoc certe fallimur, quod mortem prospicimus. Magna pars eius iam praeteriit. Quidquid aetatis ultra est, mors tenet.* Seneca.

5) *Signum Interrogationis:* (?) e. g. *Quis est tam vecors, qui cum suspexerit in coelum, Deum esse non sentiat?* Cic.

6) *Signum Exclamationis:* (!) e. g. *O tempora! o mores!* Cic. *O superbiam inauditam in facinore gloriari!* Idem.

7. *Parenthesis* ( ), *vel* |::| e. g. *In referenda gratia* (*si modo Hesiodo credimus*) *debemus imitari agros fertiles, qui plus multo adferunt, quam acceperunt.* Cic.

Quis usus harum interpunctionum?

1) Ut orationem reddant perspicuam tam legenti vel pronuncianti, quam audienti. 2) Ut inter legendum vel pronunciandum dent copiam spiritus reficiendi, ne continuatione deficiat.

Admonitio. Magister dabit operam: ut discipuli signa haec interpunctionum tam in legendis auctoribus, quam in referendis pensis, et thematibus accurate exprimere discant, quo sic tono naturali mature assuefiant; experientia enim docet, errores eiusmodi, postquam invaluerunt, vix, ac ne vix quidem emendari posse, quapropter crebro in lectione exercendi.

SECTIO III.

De Etymologia.

Quid est Etymologia?

Est pars Grammaticae, quae singularum vocum seu *partium orationis* naturam, originem, et variationem docet.

Unde fit Oratio Grammatica?

Fit e dictionibus ut: *aleas fuge, mortem meditare. Dictio* fit e syllabis, ut: *a-le-as*, interdum

fit ex una syllaba, ut: *mors*. *Syllaba* denique fit ex literis.

Quot sunt partes Orationis Grammaticae?

Octo: Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Praepositio, Adverbium, Interiectio, Coniunctio.

Harum quatuor: Nomen, Pronomen, Verbum, Participium declinantur; reliquae: Praepositio, Adverbium, Interiectio, Coniunctio declinationis sunt expertes. In sequenti exemplo omnes orationis partes continentur.

Interiectio.	*Pronom.*	*Particip.*	*Coniunct.*	*Adverb.*
Vae	tibi	ridenti,	quia	mox

Praepositio,	*Nomen,*	*Verbum.*
post	gaudia	flebis.

Nota. Latini contra, quam e. g. Graeci, aut Germani, apud quos articulus partem orationis efficit, in universum carent articulis; etsi ergo latinum sermonem docentes interdum utantur in declinando, et generibus nominum notandis, pronomine *hic*, *haec*, *hoc*, non tamen articulum tradunt, quo in loquendo nos uti oporteat, sed tantum notam qualemcunque generum, et casuum inde mutuantur.

CAPUT I.

De Nomine.

Quid est Nomen?

Est pars orationis, quae rem aliquam, aut eius proprietatem significat; et casus habet, neque tempora admittit, ut: *Mensa*, *dominus*, *bonus*, *albus*, *niger*.

Quotuplex est Nomen?

Duplex: Substantivum, et Adiectivum.

§. I.

De Nomine Substantivo, et Adiectivo in genere.

Quid est Nomen Substantivum?

Substantivum nomen est, quod per se in oratione esse potest, ut: *Dux imperat, miles obtemperat.*

Quid est Nomen Adiectivum?

Adiectivum est, quod in oratione esse non potest sine substantivo, cuius proprietatem designat aperte vel occulte. Aperte, ut: *Dux prudens, si strenuos milites habeat, facile hostes superabit.* Occulte, ut: *Qui tertiana laborat, non vescatur bubula,* hoc est: tertiana febri, bubula carne.

Nota. Substantivum itaque est, quod verbo iunctum perfectum sensum facit, ut: Homo ridet, equus currit. Contra est in adiectivo, nec enim plenus sensus est, ut: *Bonus ridet*, nisi *homo*, vel aliud intelligatur.

Quid est Nomen Proprium?

Nomen proprium est, quod res proprias, atque certas significat, ut: *Romulus*, *Roma.*

Nota. Nomen proprium illud est, quod principio ad unam singularem personam, vel locum significandum adhibitum fuit; et, quamvis postmodum idem pluribus attributum fuerit, quia initio unius solius fuit, proprium esse non desinit, ut: Vienna, Gallia, Austria, Antonius, etc.

Nomina propria personarum: Cicero, Caesar, Pompeius, Lentulus, Cato, Scipio, Plato, Pierides, etc. *Fluviorum:* Danubius, Rhenus, Tiberis, Vagus, etc. *Montium:* Aetna, Athos, Vesuvius, Olympus, etc. *Urbium:* Roma, Graecium, Praga, Parisii.

Quid est Nomen Appellativum?

Appellativum est, quod multis commune est, ob communem naturam, ut: *homo, urbs, flumen.*

Appel. Aedes, ars, astus, animus, arma, aqua, avis, artus, aestus, aurum, ancilla, etc.

Quid est Nomen Collectivum?

Nomen Collectivum est, quod numero singulari significat multitudinem, ut: *Populus*, *Gens*, *Turba.*

Collect. Exercitus, acies, cohors, turma, centuria, decuria, multitudo, copia, grex, cumulus, etc.

§. II.

De Nomine Substantivo in Specie.

Quae sunt proprietates Nominis Substantivi?

Apud Substantivum observandum est: 1. Cuius generis. 2. Cuius numeri. 3. Cuius casus. 4. Cuius declinationis sit.

Quomodo cognoscitur cujus generis substantivum sit?

Ex latino articulo. *Hic* est generis masculini, *Haec* feminini. *Hoc* neutrius.

Quid est Casus?

Casus non est aliud, quam mutatio ultimae syllabae Nominativi.

Quot sunt Casus?

Sex: Nominativus, Genitivus, Dativus, Accusativus, Vocativus, Ablativus; ex his duo sunt *recti*, Nominativus, et Vocativus, reliqui quatuor dicuntur *obliqui.*

Quot sunt Numeri?

Duo: Singularis, qui rem unicam, et Pluralis, qui maiorem numerum significat, ut: Mensa Dominus. *Ez az Asztal, ez az Úr.* Der Tisch, der Herr. Tento Stul, tento Pán. Ov Ztol, ov Gospon. *Ova Terpeza, ovaj Gospodin,* est singularis. Pluralis, ut: Mensae,

Domini. *Ezek az Asztalok, ezek az Urak.* Die Tische, die Herren. Tito Stuli, tito Páni. Ovi Ztoli, ovi Gozponi. *Ove Terpeze, ova Gospoda.*

Quid est Declinatio?

Est variatio nominis in fine per casus.

Quot sunt Declinationes?

Quinque, et cognoscuntur ex ultima syllaba Genitivi.

Genitivus Primae exit in — — ae.
Secundae in — — — — — — — i.
Tertiae in — — — — — — — is.
Quartae in — — — us, vel in u.
Quintae in — — — — — — — ei.

Quomodo ceteri casus formantur?

Omnes ceteri casus formantur a Genitivo singulari, cuius ultima syllaba varie in tabella formationum mutatur.

TRES GENERALES REGULAE.

Prima. Omnia nomina neutrius generis tres habent similes casus: Nominativum, Accusativum, et Vocativum, qui in plurali in *a* desinunt.

Secunda. Dativus, et Ablativus pluralis numeri in omnibus quinque Declinationibus similes sunt.

Tertia. Vocativus tam singularis, quam pluralis similis est Nominativo, exceptis nominibus secundae declinationis in *us* desinentibus, idque in singulari numero tantum.

TABULA I. FORMATIONUM.

Seu omnes terminationes casuum in quinque Declinationibus.

	I.	II.	III.	IV.	V.
Singularis.					
N.	a.	us. um. er.ir.ur.	a. e. i. o. c. d. l. n. r. s. t. x.	us. u.	es.
G.	ae.	i.	is	us. u.	ei.
D.	ae.	o.	i.	ui. u.	ei.
A.	am.	um.	em.	um. u.	em.
V.	a.	e. um. er.ir.ur.	Sicut Nom.	Sicut Nom.	Sicut Nom.
Ab.	a.	o.	e. i.	u.	e.
Pluralis.					
N.	ae.	i. a.	es. a.	us. a.	es.
G.	arum.	orum.	um. ium.	uum.	erum.
D.	is. abus.	is.	ibus.	ubus. ibus.	ebus.
A.	as.	os. a.	es. a.	us. a.	es.
V.	ae.	i. a.	Sicut Nom.	Sicut Nom.	Sicut Nom.
Ab.	is. abus.	is.	ibus.	ubus. ibus.	ebus.

PRIMA DECLINATIO NOMINUM.

Quae latina nomina sunt primae Declinationis?

Quorum Nominativus terminatur in *a*, Genitivus in *ae*.

Numero Singulari.

N. Haec Mensa. *Ez az Asztal.* Der Tisch. Tento Stul. Ov Ztol. *Ova Terpeza.*
G. Hujus Mens-ae. *Ezé az Asztalé.* Des Tisches. Tohoto Stulu. Ovoga Ztola. *Ove Teperze.*
D. Huic Mens-ae. *Ennek az Asztalnak.* Dem Tische. Tomuto Stulu. Ovomu Ztolu. *Ovoj Terpezi.*
A. Hanc Mens-am. *Ezt az Asztalt.* Den Tisch. Tento Stul. Ovoga Ztola. *Ovu Terpezu.*
V. O Mens-a. *O Asztal.* O du Tisch. O Stul. O Ztol. *O Terpeza.*
Ab. Ab hac Mens-a. *Ettől az Asztaltól.* Von dem Tische. Od Tohoto Stulu. Od ovoga Ztola. *Od ove Terpeze.*

Numero Plurali.

N. Hae Mens-ae. *Ezek az Asztalok.* Die Tische. Tito Stuli. Ovi Ztoli. *Ove Terpeze.*
G. Harum Mens-arum. *Ezeké az Asztaloké.* Der Tische. Tichto Stuluw. Oveh Ztolov. *Oviuh Terpezah.*
D. His Mens-is. *Ezeknek az Asztaloknak.* Den Tischen. Timto Stulum. Ovem Ztolom. *Ovim Terpezam.*
A. Has Mens-as. *Ezeket az Asztalokat.* Die Tische Tito Stuli. Ove Ztole. *Ove Terpeze.*
V. O Mens-ae. *O Asztalok.* O ihr Tische. O Stuli. O Ztoli. *O Terpeze.*
Ab. Ab his Mens-is. *Ezektől az Asztaloktól.* Von den Tischen. Od tichto Stoluw. Od oveh Ztolov. *Od oviuh Terpezah.*

Nota 1. Filia, Dea, famula, anima, domina, socia, nata, liberta, equa, asina, etc. mutant *ae* Genitivi in *Dativo* plurali in *abus*, ut: Filiabus, Deabus, etc. Ad distin-

ctionem faciendam a masculinis, ut: *Diis*, *Deabusque*, ubi *Diis*, *Diisque* obscurum foret. Dicitur tamen in feminino etiam *filiis*, *animis* etc. si e contextu perspicuum fiat, de masculinisne agatur, an de femellis? e. g. Cicero salutem dicit Terentiae, et Tulliolae *duabus animis* suis.

Nota 2. Quando nomen a consonante incipit, utimur in Ablativo praepositione *a*; verum si a vocali, vel h incipit *ab*, ut: a Mensa, ab Avia, ab Hora.

Sic declinantur: Gratia, gloria, custodia, via, ancilla, aqua, toga, nebula, cura, culpa, sera, culina, coena.

Admonitio. Has, et sequentibus Declinationibus subjectas exceptiunculas, nempe: quarum usus in componendo crebrior est, Praeceptor non ante explicet puero, quam paradigmata omnia semel, ac iterum memoriae mandaverit.

Doceat puerum ipso Grammaticae aditu: Adiectiva cum Substantivis copulare, sed quae primis diebus eiusdem declinationis sint, v. g. Haec cura anxia, tunica pulchra, oppidum populosum; et deinceps: Tenuis mensa, amarus fructus, elegans sedes, etc.

SECUNDA DECLINATIO.

Quae nomina sunt secundae Declinationis?

Quorum Nominativus in *us*, vel *um*, vel *er*, *ir*, *ur*; Genitivus vero in *i* desinit.

Numero Singulari.

N. Hic Dominus. *Ez az Úr.* Der Herr. Tento Pán. Ovaj Goszpodin. *Ov Gozpon.*

G. Huius Domin-i. *Ezé az Úré.* Des Herrn. Tohoto Pána. Ovoga Goszpodina. *Ovoga Gozpona.*

D. Huic Domin-o. *Ennek az Úrnak.* Dem Herrn. Tomuto Pánu. Ovomu Goszpodinu. *Ovomu Gozponu.*

A. Hunc Domin-um. *Ezt az Urat.* Den Herrn. Tohoto Pána. Ovoga Goszpodina. *Ovoga Gozpona.*

V. O Domin-e. *O Úr*, vel *Uram!* O du Herr. O Páne. O Goszpodine. *O Gozpon.*

Ab. Ab hoc Domin-o. *Ettől az Urtól.* Von dem Herrn. Od tohoto Pána. Od ovoga Goszpodina. *Od ovoga Gozpona.*

Numero Plurali.

N. Hi Domin-i. *Ezek az Urak.* Die Herren. Tito Páni. Ova Goszpoda. *Ovi Gozponi.*
G. Horum Domin-orum. *Ezeké az Uraké.* Der Herren. Tichto Pánuw. Oveh Goszpodeh. *Oveh Gozponov.*
D. His Domin-is. *Ezeknek az Uraknak.* Den Herren. Timto Pánum. Ovoj Goszpodi. *Ovem Gozponom.*
A. Hos Domin-os. *Ezeket az Urakat.* Die Herren. Tito Páni. Ovu Goszpodu. *Ove Gozpone.*
V. O Domin-i. *O Urak.* O ihr Herren. O Páni. O Goszpodo. *O Gozponi.*
Ab. Ab his Domin-is. *Ezektől az Uraktól.* Von den Herren. Od tichto Pánuw. Od ove Goszpode. *Od oveh Gozponov.*

Nota 1. Nomina propria in *ius* desinentia abiiciunt ultimum *i* Genitivi in Vocativo, ut: Antonius, Gen. Antonii, Voc. o Antoni.

Nota 2. Appellativa vero in *ius*, ultimum *i* Genitivi mutant in *e*, ut: socius, socie, fluvius, fluvie, tabellarius, tabellarie. Filius tamen habet fili.

Nota 3. *Deus* in Vocativo habet *Deus*, in Nom. Plur. *Dii*, in Dat. et Abl. *Diis*.

Nota 4. Quae vero in *er*, *ir*, *ur*, desinunt, Voc. habent Nominativo similem, ut: Vir, o Vir, Niger, o Niger, etc.

TEMPLUM GENERIS NEUTRIUS.

Numero Singulari

N. Hoc Templum. *Ez az Egyház.* Die Kirche. Tento Kostel. Ova Czerkva. *Ova Czirkva.*
G. Huius Templ-i. *Ezé az Egyházé.* Der Kirche. Tohoto Kostela. Ove Czerkve. *Ove Czirkve.*
D. Huic Templ-o. *Ennek az Egyháznak.* Der Kirche. Tomuto Kostelu. Ovoj Czerkvi. *Ovoj Czirkvi.*

A. Hoc Templ-um. *Ezt az Egyházat.* Die Kirche Tento Kostel. Ovu Czerkvu. *Ovu Czirkvu.*
V. O Templ-um. *O Egyház.* O du Kirche. O Kostele. O Czerkva. *O Czirkva.*
Ab. Ab hoc Templ-o. *Ettől az Egyháztól.* Von der Kirche. Od tohoto Kostela. Od ove Czerkve. *Od ove Czirkve.*

Numero Plurali.

N. Haec Templ-a. *Ezek az Egyházak.* Die Kirchen. Tito Kostelowé. Oviuh Czerkvih. *Ove Czirkve.*
G. Horum Templ-orum. *Ezeké az Egyházaké.* Der Kirchen. Tichto Kosteluw. Ove Czerkve. *Ove Czirkveh.*
D. His Templ-is. *Ezeknek az Egyházaknak.* Den Kirchen. Timto Kostelum. Ovima Czerkvama. *Ovem Czirkvam.*
A. Haec Templ-a. *Ezeket az Egyházakat.* Die Kirchen. Tito Kosteli. Ove Czerkve. *Ove Czirkve.*
V. O Templ-a. *O Egyházak.* O ihr Kirchen. O Kostelowé. O Czerkve. *O Czirkve.*
Ab. Ab his Templ-is. *Ezektől az Egyházaktól.* Von den Kirchen. Od tichto Kosteluw. Od Oviuh Czerkvih. *Od ove Czerkvih.*

Sic declinabitur: Calamus, lectus, ludus, humerus, morbus, pugnus, fumus, pannus, rivus, lupus, ursus, truncus, etc.

In *ius* Propria: Arcadius, Honorius, Caius, Pompeus, Virgilius, Horatius, Lucius, Claudius, Petronius, etc.

In *er*, *ir*, *ur*: Puer, ager, faber, magister, oleaster, liber, vir.

Adiectiva: Aeger, prosper, tener, asper, satur, trevir, celtiber.

In *um*: Convivium, brachium, pallium, vitrum, poculum, atrium, iusculum, cubiculum.

TERTIA DECLINATIO.

Quae nomina sunt tertiae Declinationis?

Quorum Nominativus in *a*, *e*, *i*, *o*, *c*, *d*, *l*, *n*, *r*, *s*, *t*, *x*. Genitivus in *is* desinit.

Numero Singulari

N. Hic Sermo. *Ez a' Beszéd.* Die Rede. Táto Reč. Ovo govorenje. *Ovo govorenye.*
G. Huius Sermon-is. *Ezé a' Beszédé.* Der Rede. Tegto Reči. Ovoga govorenja. *Ovoga govorenya.*
D. Huic Sermon-i. *Ennek a' Beszédnek.* Der Rede. Tegto Reči. Ovomu govorenju. *Ovomu govorenyu.*
A. Hunc Sermon-em. *Ezt a' Beszédet.* Die Rede. Tuto Reč. Ovo govorenje. *Ovo govorenye.*
V. O Sermo. *O Beszéd.* O du Rede. O Reč. O govorenje. *O govorenye.*
Ab. Ab hoc Sermon-e. *Ettől a' Beszédtől.* Von der Rede. Od tegto Reči. Od ovoga govorenja. *Od ovoga govorenja.*

Numero Plurali.

N. Hi Sermon-es. *Ezek a' Beszédek.* Die Reden. Tito Reči. Ova govorenja. *Ova govorenya.*
G. Horum Sermon-um. *Ezeké a' Beszédeké.* Der Reden. Tichto Rečich. Oviuh govorenjah. *Oveh govoreny.*
D. His Sermon-ibus. *Ezeknek a' Beszédeknek.* Den Reden. Timto Rečám. Ovima govorenjima. *Ovem govorenyam.*
A. Hos Sermon-es. *Ezeket a' Beszédeket.* Die Reden. Tito Reči. Ova govorenja. *Ova govorenya.*
V. O Sermon-es. *O Beszédek.* O ihr Reden. O Reči. O govorenja. *O govorenya.*
Ab. Ab his Sermon-ibus. *Ezektől a' Beszédektől.* Von den Reden. Od tichto Reči. Od oviuh govorenjah *Od oveh govoreny.*

Sic declinabitur: Hirundo, passer, lepus, sanitas, virtus, lapis, mos, honor, dulcor, auctor, thorax, pecten, lampas, pes, cruor, caupo, gurges, hospes.

Nota 1. Nomina in *es*, vel *is* desinentia, quae in Genitivo non plures syllabas habent, quam in Nominativo, mutant *is* Genitivi singularis in Genitivo plurali in *ium* ut:

Numero Singulari.

N. Haec Ovis. *Ez a' Juh.* Das Schaf. Táto Owca. Ova Ovca. *Ova Ovcza.*
G. Huius Ov-is. *Ezé a' Juhé.* Des Schafes. Tegto Owci. Ove Ovce. *Ove Ovcze.*
D. Huic Ov-i. *Ennek a' Juhnak.* Dem Schafe. Tegto Owci. Ovoj Ovci. *Ove Ovcze.*
A. Hanc Ov-em. *Ezt a' Juhot.* Das Schaf. Tuto Owcu. Ovu Ovcu. *Ovu Ovczu.*
V. O Ovis. *O Juh.* O du Schaf. O Owce. O Ovca. *O Ovcza.*
Ab. Ab hac Ov-e. *Ettől a' Juhtól.* Von dem Schafe. Od tegto Owce. Od ove Ovce. *Od ove Ovze.*

Numero Plurali.

N. Hae Ov-es. *Ezek a' Juhok.* Die Schafe. Tito Owce. Ove Ovce. *Ove Ovcze.*
G. Harum Ov-ium. *Ezeké a' Juhoké.* Der Schafe. Tichto Owcich. Oviuh Ovacah. *Oveh Ovacz.*
D. His Ov-ibus. *Ezeknek a' Juhoknak.* Den Schafen. Timto Owcám. Ovimah Ovcamah. *Ovem Ovczam.*
A. Has Ov-es. *Ezeket a' Juhokat.* Die Schafe. Tito Owce. Ove Ovce. *Ove Ovcze.*
V. O Ov-es. *O Juhok.* O ihr Schafe. O Owce. O Ovce. *O Ovcze,*
Ab. Ab his Ov-ibus. *Ezektől a' Juhoktól.* Von den Schafen. Od tichto Owcich. Od Oviuh Ovacah. *Od oveh Ovacza.*

Sic declinabitur: Moles, clades, caedes, proles, sedes, aedes, vepris, anguis, ignis, vectis, clavis, ensis, testis, avis, civis, navis, mensis.

TEMPUS, NOMEN TERTIAE DECLINATIONIS.

Numero Singulari.

N. Hoc Tempus. *Ez az idő.* Die Zeit. Tento Čas. Ovo vrime. *Ovo vreme.*
G. Huius Tempor-is. *Ezé az Időé.* Der Zeit. Tohoto Času. Ovoga vrimena. *Ovoga vremena.*

D. Huic Tempor-i. *Ennek az Időnek.* Der Zeit. Tomuto Času. Ovomu vrimenu. *Ovomu vremenu.*
A. Hoc Tempus. *Ezt az Időt.* Die Zeit. Tento Čas. Ovo vrime. *Ovo vreme.*
V. O Tempus. *O Idő.* O du Zeit. O Čas. O vrime. *O vreme.*
Ab. Ab hoc Tempor-e. *Ettől az Időtől.* Von der Zeit Od tohoto Času. Od ovoga vrimena. *Od ovoga vremena.*

Numero Plurali.

N. Haec Tempor-a. *Ezek az Idők.* Die Zeiten. Tito Časowe. Ova vrimena. *Ova vremena.*
G. Horum Tempor-um. *Ezeké az Időké.* Der Zeiten. Tichto Časuw. Oviuh vrimenah. *Oveh vremen.*
D. His Tempor-ibus. *Ezeknek az Időknek.* Den Zeiten. Timto Časum. Ovimah vrimenimah. *Ovem vremenam.*
A. Haec Tempor-a. *Ezeket az Időket.* Die Zeiten. Tito Časi. Ova vrimena. *Ova vremena.*
V. O Tempor-a. *O Idők.* O ihr Zeiten. O Časowe. O vrimena. *O vremena.*
Ab. Ab his Tempor-ibus. *Ezektől az Időktől.* Von den Zeiten. Od tichto Časuw. Od oviu vrimenah. *Od ove vremenah.*

Sic declinabitur: Caput, pectus, guttur, flumen, crimen, stemma, frigus, foedus, murmur, vulnus, limen, pecus, etc.

Nota 2. Nomina generis neutrius, quae desinunt in *al*, *ar*, *e*, terminantur in Ablativo singulari in *i*, in Nominativo plurali in *ia*, in Genitivo in *ium*, ut:

Numero Singulari.

N. Hoc Cubile. *Ez a' Kamara.* Die Kammer. Tato Komora. Ovo Zpalnicza. *Ova Soba.*
G. Huius Cubil-is. *Ezé a' Kamaráé.* Der Kammer. Tegto Komori. Ove Zpalnicze. *Ove Sobe.*
D. Huic Cubil-i *Ennek a' Kamarának.* Der Kammer. Tegto Komore. Ovoj Zpalniczi. *Ovoj Sobi.*
A. Hoc Cubile. *Ezt a' Kamarát.* Die Kammer. Tuto Komoru. Ova Zpalnicza. *Ovu Sobu.*

V. O Cubile. *O Kamara.* O du Kammer. O Komora. O Zpalnicza. *O Soba.*
A. Ab hoc Cubil-i. *Ettől a' Kamarától.* Von der Kammer. Od tegto Komori. Od ove Zpalnicze. *Od ove Sobe.*

Numero Plurali.

N. Haec Cubil-ia. *Ezek a' Kamarák.* Die Kammern. Tito Komori. Ove Zpalnicze. *Ove Sobe.*
G. Horum Cubil-ium. *Ezeké a' Kamaráké.* Der Kammern. Tichto Komor. Oveh Zpalnicz. *Oviuh Sobah.*
D. His Cubil-ibus. *Ezeknek a' Kamaráknak.* Den Kammern. Timto Komorám. Ovem Zpalniczam. *Ovima Sobamah.*
A. Haec Cubil-ia. *Ezeket a' Kamarákat.* Die Kammern. Tito Komori. Ove Zpalnicze. *Ove Sobe.*
V. O Cubil-ia. *O Kamarák.* O ihr Kammern. O Komori. O Zpalnicze. *O Sobe.*
Ab. Ab his Cubil-ibus. *Ezektől a' Kamaráktól.* Von den Kammern. Od tichto Komor. Od oveh Zpalnicz. *Od oviuh Sobah.*

Sic declinabitur: Rete, mare, monile, altare, tibiale, dentale, humerale, conclave, mantile, ancile, equile, bubile, praesepe.

In *al:* vectigal, cervical, tribunal, animal, etc. In *ar:* calcar, lacunar, laquear, lupanar, exemplar, cochlear.

Admonitio. Praeter allatas exceptiones plures, e. g. de Accusativo in *em*, et *im*, Ablativo in *e*, et *i*, etc hic Praeceptor nihil addat, sed tempori, et loco tradendas servet.

QUARTA DECLINATIO

Quae nomina quartae sunt Declinationis?

Quorum Nominativus in *us*, *vel u*, Genitivus item in *us*, *vel u* desinit, ut:

Numero Singulari.

N. Hic Sensus. *Ez az értelem.* Der Sinn. Tento Smisl. Ovo csutenje. *Ovo csutenye.*

G. Huius Sens-us. *Ezé az értelemé.* Des Sinnes. Tohoto Smislu. Ovoga csutenja. *Ovoga csutenya.*
D. Huic Sens-ui. *Ennek az értelemnek.* Dem Sinne. Tomuto Smislu. Ovomu csutenju. *Ovomu csutenyu.*
A. Hunc Sens-um. *Ezt az értelmet.* Den Sinn. Tento Smisl. Ovo csutenje. *Ovo csutenye.*
V. O Sensus. *O értelem.* O du Sinn. O Smisl. O csutenje. *O csutenje.*
Ab. Ab hoc Sens-u. *Ettől az értelemtől.* Von dem Sinne. O tohoto Smislu. Od ovoga csutenja. *Od ovoga csutenja.*

Numero Plurali.

N. Hi Sens-us. *Ezek az értelmek.* Die Sinne. Tito Smislowe. Ova csutenja. *Ova csutenya.*
G. Horum Sens-uum. *Ezeké az értelmeké.* Der Sinne. Techto Smisluw. Oviuh csutenjah. *Ove csuteny.*
D. His Sens-ibus. *Ezeknek az értelmeknek.* Den Sinnen. Timto Smislum. Ovima csuthenjima. *Ovem csutenyam.*
A. Hos Sens-us. *Ezeket az értelmeket.* Die Sinne. Tito Smisli. Ova csutenja. *Ova csutenya.*
V. O Sen-sus. *O értelmek.* O ihr Sinne. O Smislowe. O csutenja. *O csutenya.*
Ab. Ab his Sens-ibus. *Ezektől az értelmektől.* Von den Sinnen. Od tichto Smisluw. Od oviuh csutenjah. *Od ove csuteny.*

GENU, NOMEN QUARTAE DECLINATIONIS.

Numero Singulari.

N. Hoc Genu. *Ez a' térd.* Das Knie. Toto Koleno. Ovo Kolino. *Ovo Koleno.*
G. Huius Genu. *Ezé a' térdé.* Des Knies. Tohoto Kolena. Ovaga Kolina. *Ovoga Kolena.*
D. Huic Genu. *Ennek a' térdnek.* Dem Knie. Tomuto Kolenu. Ovomu Kolinu. *Ovomu Kolenu.*

A. Hoc Genu. *Ezt a' térdet.* Das Knie. Toto Koleno. Ovo Kolino. *Ovo Koleno.*
V. O Genu. *O térd.* O du Knie. O Koleno. O Kolino. *O Koleno.*
Ab. Ab hoc Genu. *Ettől a' térdtől.* Von dem Knie. O tohoto Kolena. Od ovoga Kolina. *Od ovoga Kolena.*

Numero Plurali.

N. Haec Genu-a. *Ezek a' térdek.* Die Kniee. Teto Kolena. Ova Kolina. *Ova Kolena.*
G. Horum Genu-um. *Ezeké a' térdeké.* Der Kniee. Tichto Kolen. Oviuh Kolinah. *Oveh Kolen.*
D. His Gen-ibus. *Ezeknek a' térdeknek.* Den Knieen. Timto Kolenám. Ovima Kolinama. *Ovem Kolenam.*
A. Haec Genu-a. *Ezeket a' térdeket.* Die Kniee. Teto Kolená. Ova Kolina. *Ova Kolena.*
V. O Genu-a. *O térdek.* O ihr Kniee. O Kolená. O Kolina. *O Kolena.*
Ab. Ab his Gen-ibus. *Ezektől a' térdektől.* Von den Knieen. Od tichto Kolen. Od oviuh Kolinah. *Od oveh Kolena.*

Nota. Acus, arcus, lacus, partus, quercus, ficus, specus, tribus, desinunt in Dativo, et Ablativo plurali in *ubus*, ut: artubus, etc. portus, quaestus, vero habent in *ibus*, *et ubus*; Caesar dixit: *portibus.* Cicero *portibus* et *portubus.*

Sic declinabitur. Auditus, visus, odoratus, gestus, actus, currus, venatus, aestus, passus, luxus, manus, sinus, fructus, quaestus, planctus, gemitus, singultus, senatus. In *u*: Cornu, veru, gelu.

QUINTA DECLINATIO.

Quae nomina sunt quintae Declinationis?

Quorum Nominativus exit in *es*, Genitivus vero in *ei*, et una syllaba crescit, ut:

Numero Singulari.

N. Hic vel haec Dies. *Ez a' nap.* Der Tag. Tento Den. Ovai Dan. *Ov Den.*
G. Huius Di-ei. *Ezé a' napé.* Des Tages. Tohoto Dne. Ovoga Dana vel dneva. *Ovoga dneva.*
D. Huic Di-ei. *Ennek a' napnak.* Dem Tage. Tomuto Dni. Ovomu Danu vel Dnevu. *Ovomu dnevu.*
A. Hunc vel hanc Di-em. *Ezt a' napot.* Den Tag. Tento Den. Ovoga Dana vel dneva. *Ovoga dneva.*
V. O Dies. O nap. O du Tag. O Den. O Dan. *O dne.*
Abl. Ab hoc vel hac Di-e. *Ettől a' naptól.* Von dem Tage. Od Tohoto Dne. Od ovoga Dana, vel dneva. *Od ovoga dneva.*

Numero Plurali.

N. Hi vel hae Dies. *Ezek a' napok.* Die Tage. Tito Dni. Ovi Dani vel dnevi. *Ovi dnevi.*
G. Horum vel harum Di-erum. *Ezeké a' napoké.* Der Tage. Tichto Dnuw. Oviuh Danah, vel dnevah. *Ove dnevov.*
D. His Di-ebus. *Ezeknek a' napoknak.* Den Tagen. Timto Dnum. Ovima Danom, vel dnevom. *Ovem dnevom.*
A. Hos vel has Dies. *Ezeket a' napokat.* Die Tage. Tito Dni. Ove Dane, vel dneve. *Ove dneve.*
V. O Di-es. *O napok.* O ihr Tage. O Dni. O Dani vel dnevi. *O dnevi.*
Ab. Ab his Di-ebus. *Ezektől a' napoktól.* Von den Tagen. O tichto Dnuw. Od oviuh Danah, vel dnevah. *Od ove dnevoh.*

Nota. Praeter dies, res, species, acies, spes, superficies, et progenies, pauca habent Nominativum, ceterosque casus plurales, Genitivus vero pluralis fere tantum in dies, et res usitatus.

Sic declinabitur: Res, acies, spes, facies, macies, caries, esuries, colluvies, durities, fides, effigies, ingluvies, pernicies, requies, rabies, mollities, luxuries, etc.

Admonitio. Antequam de quinque declinationibus substantivorum promte ad singula non respondeat tiro, ad adiectiva addiscenda ne gradus fiat, meminerit Magister.

DE NOMINIBUS ANOMALIS.

Quid est Nomen Anomalum?

Quod a communi regula quinque declinationum recedit, ut:

Numero Singulari.

N. Haec Domus. *Ez a' Ház.* Das Haus. Tento Dum. Ova Kucsa. *Ova Hisa.*
G. Huius Domi, *vel* Domus. *Ezé a' Házé.* Des Hauses. Tohoto Domu. Ove Kucse. *Ove Hise.*
D. Huic Domui. *Ennek a' Háznak.* Dem Hause. Tomuto Domu. Ovoj Kucsi. *Ovoj Hisi.*
A. Hanc Domum. *Ezt a' Házat.* Das Haus. Tento Dum. Ovu Kucsu. *Ovu Hisi.*
V. O Domus. *O Ház.* O du Haus. O Dome. O Kucsa. *O Hisa.*
Ab. Ab hac Domo. *Ettől a' Háztól.* Von dem Hause. Od tohoto Domu. Od ove Kucse. *Od ove Hise.*

Numero Plurali.

N. Hae Domus. *Ezek a' Házak.* Die Häuser. Tito Domowé. Ove Kucse. *Ove Hise.*
G. Harum Domorum, *vel* Domuum. *Ezeké a' Házaké.* Der Häuser. Tichto Domuw. Oviuh Kucsah. *Ove His.*
D. His Domibus. *Ezeknek a' Házaknak.* Den Häusern. Timto Domum. Ovim Kucsam. *Ovem Hisem.*
A. Has Domos, *vel* Domus. *Ezeket a' Házakat.* Die Häuser. Tito Domi. Ove Kucse. *Ove Hise.*
V. O Domus. *O Házak.* O ihr Häuser. O Domowé. O Kucse. *O Hise.*
Ab. Ab his Domibus. *Ezektől a' Házaktól.* Von den Häusern. Od tichto Domuw. Od oviuh Kucsah. *Od ove His.*

De reliquis *Anomalis* E. g. N. S. Coelum, Pl. Coeli, et *Heterogeneis*, e. g. iugerum, iugera, iugeribus; item *Defectivis*, ut: vis, vim, vi, Parte II. agetur.

§. *III.*

De Declinatione Nominum Adiectivorum.

Quotuplicia sunt Adjectiva?

Triplicia: nempe vel trium terminationum, vel duarum, vel unius. *Trium*, ut: hic bonus, haec bona, hoc bonum. *Duarum*, ut: hic et haec brevis, et hoc breve. *Unius*, ut: hic, haec, hoc felix.

Ad quam Declinationem pertinent Adiectiva?

Adiectiva desinentia in *us* pertinent ad primam, et secundam, ut Doctus, a, um; uti, et nomina in *er*, *ir ur*; Masculinum declinatur ut Dominus; Femininum ut Mensa; Neutrum ut Templum. Cetera cuiuscunque terminationis sint, referuntur ad tertiam.

PARADIGMA ADECTIVI IN US, A, UM, TRIUM TERMINATIONUM.

Singulariter.

N. Hic bonus, haec bona, hoc bonum. *Ez a' jó.* Der gute, die gute, das gute. Tento dobri, táto dobrá, toto dobre. Ovaj dobar, ova dobra, ovo dobro. *Ov dober, ova dobra, ovo dobro.*

G. Huius boni, bonae, boni. *Ezé a' jóé.* Des guten, der guten, des guten. Tohoto dobriho, tezto dobreg, tohoto dobreho. Ovoga dobroga, ove dobre, ovoga dobroga. *Ovoga dobroga, ove dobre, ovoga dobroga.*

D. Huic bono, bonae, bono. *Ennek a' jónak.* Dem guten, der guten, dem guten. Tomuto dobrimu, tegto dobreg, tomuto dobrimu. Ovomu dobromu, ovoj dobroj, ovomu dobromu. *Ovomu dobromu, ovoj dobri, ovomu dobromu.*

A. Hunc bonum, hanc bonam, hoc bonum. *Ezt a' jót.* Den guten, die gute, das gute. Tohoto dobrího, tuto dobru, tohoto dobrého. Ovoga dobroga, ovu dobru, ovo dobro. *Ovoga dobroga, ovu dobru, ovo dobro.*

V. O bone, bona, bonum. *O jó.* O du guter, o du gute, o du gutes. O dobri, o dobra, o dobre. O dobar, o dobra, o dobro. *O dober, o dobra, o dobro.*

Ab. Ab hoc bono, ab hac bona, ab hoc bono. *Ettől a' jótól.* Von dem guten, von der guten, von dem guten. Od tohoto dobrího, od tejto dobrej, od tohoto dobreho. Od ovoga dobroga, od ove dobre, od ovoga dobroga. *Od ovoga dobroga, od ove dobre, od ovoga dobroga.*

Pluraliter.

N. Hi boni, hae bonae, haec bona. *Ezek a' jók.* Die guten. Títo dobri, této dobré. Ovi dobri, ove dobre, ova dobra. *Ovi dobri, ove dobre, ova dobra.*

G. Horum bonorum, harum bonarum, horum bonorum. *Ezeké a' jóké.* Der guten. Tichto dobrich. Oviuh dobriuh. *Oveh dobreh.*

D. His bonis. *Ezeknek a' jóknak.* Den guten. Timto dobrim. Ovimah dobrimah. *Ovem dobrem.*

A. Hos bonos, has bonas, haec bona. *Ezeket a' jókat.* Die guten. Této dobré. Ove dobre, ove dobre, ova dobra. *Ove dobre, ove dobre, ova dobra.*

V. O boni, bonae, bona. *O jók.* O ihr guten. O dobri, dobré. O dobri, o dobre, o dobra. *O dobri, o dobre, o dobra.*

Ab. Ab his bonis. *Ezektől a' jóktól.* Von den guten. Od tichto dobrich. Od oviuh dobriuh. *Od ove dobreh.*

Sic declinabitur: Acerbus, acidus, acutus, altus, amarus, amoenus, amplus, aegrotus, aeternus, angustus, anxius, aptus, arcanus, astutus, avarus, balbus, bellus, beatus, etc. In *er:* ruber, aeger, prosper, integer, sacer, lacer, macer, etc.

Nota. Sequentia decem Adiectiva in Genitivo singulari in *ius* exeunt, in Dativo in *i*, cetera declinantur, ut bonus.

Alter,	altera,	alterum,	alterius,	alteri.
Alius,	alia,	aliud,	alius,	ali.
Solus,	sola,	solum,	solius,	soli.
Totus,	tota,	totum,	totius,	toti.
Unus,	una,	unum,	unius,	uni.
Nullus,	nulla,	nullum,	nullius,	nulli.
Uter,	utra,	utrum,	utrius,	utri.
Neuter,	neutra,	neutrum,	neutrius,	neutri.
Uterque,	utraque,	utrumque,	utriusque,	utrique.
Alteruter,	Alterutra,	alterutrum,	alterutrius, *vel* alteriusutrius,	alterutri.

PARADIGMA ADIECTIVI TERTIAE DECLINATIONIS TRIUM TERMINATIONUM.

Singulariter.

N. Hic acer, haec acris, hoc acre. *Ez az éles* Der, die, das scharfe. Tento ostri, tato ostra, toto ostré. Ova oster, ova ostra, ovo ostro. *Ovaj oshtar, ová oshtra, ovo oshtro.*

G. Huius acris. *Ezé az élesé.* Des, der, des scharfen. Tohoto ostriho, ostrég, ostreho. Ovoga ostroga, ove ostre, ovoga ostroga. *Ovoga oshtroga, ove oshtre, ovoga oshtroga.*

D. Huic acri. *Ennek az élesnek.* Dem, der, dem scharfen. Tomuto ostrimu, ostrég, ostrému. Ovomu ostromu, ovoi ostri, ovomu ostromu. *Ovomu oshtromu, ovoj oshtroj, ovomu oshtromu.*

A. Hunc vel hanc acrem, et hoc acre. *Ezt az élest.* Den scharfen, die scharfe, das scharfe. Tohoto ostriho, tuto ostru, toto ostré. Ovoga ostroga, ovu ostru, ovo ostro. *Ovoga oshtroga, ovu oshtru, ovo oshtroh.*

V. O acer, acris, acre. *O éles.* O du scharfer, o du scharfe, o du scharfes. O ostri, ostrá, ostré. O oster, o ostra, o ostro. *O oshtar, o oshtra, o ostra.*

Ab. Ab hoc, hac, hoc acri. *Ettől az élestől.* Von edm, der, dem scharfen. Od tohoto ostriho, od

tegto oſtreg, od tohoto oſtreho. Od ovoga ostroga, od ove ostre, od ovoga ostroga. *Od ovoga oshtroga, od ove oshtre, od ovoga oshtroga.*

Pluraliter.

N. Hi, et hae acres, et haec acria. *Ezek az élesek,* Die ſcharfen. Tito oſtri, tèto oſtré. Ovi ostri, ove ostre, ova ostra. *Ovi oshtri, ove oshtre, ova oshtra.*

G. Horum, harum, horum acrium. *Ezeké az éleseké.* Der ſcharfen. Techto oſtrich. Oveh ostreh. *oviuh ostrih.*

D. His acribus. *Ezeknek az éleseknek.* Den ſcharfen, Timto oſtrim. Ovem ostrem. *Ovima oshtrima.*

A. Hos et has acres, et haec acria. *Ezeket az éleseket.* Die ſcharfen. Tito oſtre. Ove ostre, ovo ostre, ova ostra. *Ove oshtre, ova oshtra.*

V. O acres, et acria. *O élesek.* O ihr ſcharfen. O oſtri. O ostri, o ostre, o ostra. *O oshtri, o oshtre, o ostrah.*

A. Ab his acribus. *Ezektől az élesektől.* Von den ſcharfen. Od tichto oſtrich. Od oveh ostreh. *Od oviuh ostriuh.*

Sic declinabitur: Alacer, celer, sequester, pedester, celeber, silvester, saluber, campester.

Singulariter.

N. Hic, vel haec brevis, et hoc breve. *Ez a' rövid.* Der, die, das kurze. Tento krátki, tato krátka, toto krátke. Ov kratek, ova kratka, ovo kratko. *Ovaj kratak, ova kratka, ovo kratko.*

G. Huius brevis. *Ezé a' rövidé.* Des, der, des kurzen. Tohoto krátkeho, tegto krátkeg, tohoto krátkého. Ovoga kratkoga, ove kratke, ovoga kratkoga. *Ovoga kratkoga, ove kratke, ovoga kratkoga.*

D. Huic brevi. *Ennek a' rövidnek.* Dem, der, dem kurzen. Tomuto krátkemu, tegto krátkeg, tomuto krátkemu. Ovomu kratkomu, ovoj kratkoj, ovomu kratkomu. *Ovomu kratkomu, ovoj kratkoj, ovomu kratkomu.*

A. Hunc, vel hanc brevem, et hoc breve. *Ezt a' rövidet.* Den kurzen, die kurze, das kurze. Tohoto krátkeho, tuto krátku, toto krátke. Ovoga kratkoga, ovu kratku, ovo kratko. *Ovoga kratkoga, ovu kratku, ovo kratko.*

V. O brevis, et breve. *O rövid.* O du kurzer, kurze, kurzes. O kratki, krátká, krátke. O kratek, o kratka, o kratko. *O kratak, o kratka, o kratko.*

Ab. Ab hoc, ab hac, ab hoc brevi. *Ettől a' rövidtől.* Von dem, der, dem kurzem. Od tohoto krátkého, od tegto kratkeg, od tohoto kratkého. Od ovoga kratkoga, od ove kratke, od ovoga kratkoga. *Od ovoga kratkoga, od ove kratke, od ovoga kratkoga.*

Pluraliter.

Nota I. Omnia tempora infinitivi habent significationem activam, praeter Participium in dus, ut: utendus, a, um. *Vele élni való.* Der, die, daß, muß, oder soll gebraucht werden. Potrebowan bitimagici; et Participium Praeteriti in nonnullis verbis, ut: adeptus, comitatus, detestatus, expertus, pactus, testatus, etc. ex quo Grammatici concludunt, deponentia aliqua olim terminata in *o* activa fuisse, terminationemque hanc sensim deposuisse Priscianus L. 8. *uto*, et utor idem significasse docet. Hinc passive dixit Novius apud Gellium 15. 13. Suppellex multa, quae non utitur, i. e. quae non est usui, *emitur tamen.*

Nota II. Deponentia, nullum Accusativum admittentia, nonnisi Particip. Fut. Passiv. in neutro genere habent. E. g. *loquendum est*, nec unquam dici potest *loquendus est sermo; loquenda Historia.*

At si significationis activae sint, et Accusativum admittant, Participio in *dus* per omnia genera gaudent, ut: *precandus est Deus*, *imitandi sunt Heroes*, *hortanda est ad virtutem iuventus.*

Nota III. Gerundia, et Participia Futuri passivi, in nonnullis 3-tiae, et 4-tae coniugationis verbis deponentibus, exeunt non tantum in *endum*, *endus*, etc. sed etiam in *undum*, *undus*, ut: *moriundum*, *experiundum*, *potiundum*, etc. quod fit nonnunquam etiam in aliis verbis, ut: *faciundum*, *gerundum*, *accipiundum*, *veniundum.*

Nota IV. Deponentia desinentia in *ior* 3-tiae coniug. abiiciunt literam *i*, si post breve *e*, *r* sequitur, sin minus, retinent, ut: patior, *pateris*, patiuntur *Imperf.* patiebar. *Coni.* paterer. *Fut.* patiar, patieris, quin *e* ante *r* hic logum est. *Imperat.* patere. Sic morior, Idem observandum est in aliis verbis, ut: Capio, capiunt. *Imperf.* capiebam. *Coni.* caperem, etc.

Verba deponentia neutrius *significationis*: Luctor, adversor, adulor, arbitror, concionor, conor, nitor, glorior, laetor, vociferor, revertor, irascor, morior, ungor; labor, expergiscor, paciscor, ulciscor, bachor, convivor, convitior, diversor, auxilior, opitulor, velificor, velitor,

loquor, queror, reminiscor, vescor, blandior, mentior, assentior, orior, otior, nascor, nugor, gradior, mentior. altercor, auxilior, aquor, praedor, praelior, potior, fabulor, cunctor, epulor, commessor, famulor, conflictor, foeneror, suffragor, furor, gratificor, iungor, lenocinor, adminiculor, medeor, miror, opinor, ratiocinor, rixor, rusticor, stomachor, tricor, praevaricor, etc.

Verba deponentia significationis activae: Aversor, execror, abominor, lucror, veneror, mercor, meditor, tueor, promereor, polliceor, fateor, confiteor, obliviscor, nanciscor, precor, adipiscor, comminiscor, metior, mercor, interpretor, hortor, auguror, auctionor, calumnior, cauponor, dignor, frustror, lacrymor, moderor, molior, moror, numeror, nundinor, odoror, osculor, patior, depeculor, periclitor, piscor, venor, amplector, populor, sciscitor, scrutor, conspicor, stipulor, testor, persequor, aggredior, imitor, etc.

Cum deponentia pleraque, accusandi casum admittentia, olim quidem communia fuerint, tam activae scilicet, quam passivae significationis, hodie vero praeter Participia in usu non sint: facile assentior Vossio, operae pretium non putanti, ut eorum causa novum genus verborum constituatur.

§. I.

DE CONIUGATIONE VERBORUM ANOMALORUM, SIVE IRREGULARIUM.

Quid est verbum Anomalum seu Irregulare?

Quod a communi quatuor coniugationum regula discedit; huius generis sunt verba sequentia: *possum*, *fero*, *edo*, *comedo*, *fio*, *eo*, *volo*, *nolo*, *malo*.

Admonitio. 1) Ad molem libelli non augendam, in verbis *Anomalis*, *Defectivis*, et *Impersonalibus*, latina solum subiungitur coniugatio: addita in linguis vernaculis in *Modo* duntaxat *Indicat. Temp. Praes.* verborum significatione: curabit tamen Magister, ut discipuli iuxta regulas optimarum Grammaticarum vernacularum respondentes coniugationi latinae, modos, tempora, numeros, personas linguis patriis pro penso scholastico recitent. E. g. hunc in modum:

Indicat. Modi Temp. Praes. Imp. Ibam, ibas, ibat, Pl. Ibamus, ibatis, ibant, *Menék, menél, mene, Menénk, menétek, menének.* Ich ging, du ginst, er ging. Wir gingen, ihr ginget, sie gingen. Chodiwal sem, chodiwal si, chodiwal. Chodiwali sme, chodiwali ste, chodiwali. Ishelszem, ishelszi, ishelje. Ishliszmo, ishliszte, ishliszu. *Ja igyah, ti igyashe, on igyashe. Mi igyasmo, vi igyaste, oni igyau.*

2) Ad exercendos praeterea in coniugationibus tam regularibus, quam irregularibus tirones multum proderit, si verba e vernaculo in latinum, aut contra in variis modis, temporibus, numeris, personis, et vocibus iubeantur ex tempore reddere, adnexis semper in modo Coniunctivo aptis coniunctionum particulis, e. g. age sis, redde latine: tanitsatok ti, lehret ihr: Učče wi. R. *docete* vel *docetote*, etc. Idem verte in vernaculum, ut: *visus sim* vel *fuerim*; R. *hogy látattam légyen*, daß ich sei gesehen worden, že gsem ga widen bil

3) Ut Adolescentuli sensim, pedetentimque ad faciliora themata componenda ducantur, rationemque declinandi, comparandi, et coniugandi in praxi condiscant, non est reiicienda methodus illa, quam *Frid. Muzelius in Tirocinio linguae latinae, et Ioannes Valentinus Meidinger in Grammatica Gallica* sequuntur, e. g. Absoluta verbi *amo* per omnes modos, tempora, numeros, et personas coniugatione; dictari possunt linguis vernaculis constructiones, in quibus omnes, aut saltem praecipuae I-mae coniugationis occurrant variationes in hunc aut similem modum: *ego amo* silentium, tranquillitatem, ac pacem; tu *amas* solitudinem, frater tuus *amat* unice virtutem, et literas. Pater *amabat* te, cum *amares* literas. Sacer codex praecipit, ut *amemus* parentes. *Ama* Deum. *Amato* alium, sicut *te* ipsum. Filii *amate* virtutem, *amate* Principem, omnes eum *amanto* etc. Idem fieri potest terminatis regulis de Adiectivorum comparatione. E. g. Ferdinandus est *audax*, soror eius est *audacior*, Iacobus *audacissimus* est. Frater tuus est *idoneus* ad studia; tu eris *magis idoneus*; fratres tui *seniores* fuerunt *maxime idonei*, etc. sed haec indigitasse

9*

sufficiat. Seduli alioquin Moderatoris illud perpetuum esse studium debet: ut rudes puerorum mentes quam facillima in docendo methodo adiuventur, et in itinere studiorum via ducantur brevi, amoena, tuta, et ne cum Athenis Spartam pervenire possent per tempe, ducantur per tesqua.

§ I.

Possum.

Lehet én tőlem, vagy *hatok*, *hetek*. Ich kann, oder mag. Ga možem. Morem. *Moxem*, *ali mogu*.

Indicativus Modus.	Coniunctivus Modus.
Tempus Praesens.	
Singulariter.	
Possum, potes, potest.	Possim, possis, possit.
Pluraliter.	
Possumus, potestis, possunt.	Possimus, possitis, possint.
Praeteritum Imperfectum.	
Singulariter.	
Poteram, poteras, poterat.	Possem, posses, posset.
Pluraliter.	
Poteramus, poteratis, poterant.	Possemus, possetis, possent.
Praeteritum Perfectum.	
Singulariter.	
Potui, potuisti, potuit.	Potuerim, potueris, potuerit.
Pluraliter.	
Potuimus, potuistis, potuerunt.	Potuerimus, potueritis, potuerint.

Praeteritum Plusquamperfectum.

Singulariter.

Potueram, potueras, potuerat.	Potuissem, potuisses, potuisset.

Pluraliter.

Potueramus, potueratis, potuerant,	Potuissemus, potuisseti s, potuissent.

Futurum.

Singulariter.

Potero, poteris, poterit.	Potuero, potueris, potuerit.

Pluraliter.

Poterimus, poteritis, poterunt.	Potuerimus, potueritis, potuerint.

Imperativus Modus.

Caret; per circumscriptionem; fac possis.

Infinitivi Modi Tempus Praesens, et Imperfectum.
Posse.

Praeteritum Perfectum, et Plusquamperfectum.
Potuisse.

II. Fero.

Hozok, viszek. Ich trage. Nosem. Noszim. *Nosim.*

Indicativus Modus.	Coniunctivus Modus.

Tempus Praesens.

Singulariter.

Fero, fers, fert.	Feram, feras, ferat.

Pluraliter.

Ferimus, fertis, ferunt.	Feramus, feratis, ferant.

Praeteritum Imperfectum.

Singulariter.

Ferebam, ferebas, ferebat.	Ferrem, ferres, ferret,

Pluraliter.

Ferebamus, ferebatis, ferebant.	Ferremus, ferretis, ferrent.

Praeteritum Perfectum.

Singulariter.

Tuli, tulisti, tulit.	Tulerim, tuleris, tulerit.

Pluraliter.

Tulimus, tulistis, tulerunt.	Tulerimus, tuleritis, tulerint.

Praeteritum Plusquamperfectum,

Singulariter.

Tuleram, tuleras, tulerat.	Tulissem, tulisses, tulisset.

Pluraliter.

Tuleramus, tuleratis, tulerant.	Tulissemus, tulissetis, tulissent.

Futurum.

Singulariter.

Feram, feres, feret.	Tulero, tuleris, tulerit

Pluraliter.

Feremus, feretis, ferent.	Tulerimus, tuleritis, tulerint.

Imperativi Modi Tempus Praesens.

Singulariter.

Fer tu, vel ferto, ferat ille.

Pluraliter.

Feramus nos, ferte, vel fertote vos, ferant illi.

Futurum sive Modus Mandativus.

Singulariter.

Ferto tu, vel feres, ferto ille, vel feret.

Pluraliter.

Fertote vos, vel feretis, ferunto illi, vel ferent.

Infinitivi Modi Tempus Praesens, et Imperfectum.

Ferre.

Praeteritum Perfectum, et Plusquamperfectum.

Tulisse.

Futurum.

Laturum, laturam, laturum esse.

Gerundia.

Ferendi, ferendo, ferendum.

Supina.

Latus, latu.

Participium Praesentis Temporis.

Ferens, ferentis.

Participium Futuri Temporis.

Laturus, a, um.

F e r o r. *Pass.*

Hozatok, vagy *vitetem*. Ich werde getragen. Nosem gsem. Noszimsze. *Nosimse.*

Indicativus Modus.	Coniunctivus Modus

Tempus Praesens.

Singulariter.

Indicativus	Coniunctivus
Feror,	Ferar,
Ferris, (vel ferre.)	Feraris, (vel ferare.)
Fertur.	Feratur.

Pluraliter.

Indicativus	Coniunctivus
Ferimur,	Feramur,
Ferimini,	Feramini,
Feruntur	Ferantur,

Praeteritum Imperfectum.

Singulariter.

Ferebar,	Ferrer,
Ferebaris (are,)	Ferreris, (vel ere.)
Ferebatur.	Ferretur.

Pluraliter.

Ferebamur,	Ferremur,
Ferebamini,	Ferremini,
Ferebantur.	Ferrentur.

Praeteritum Perfectum.

Singulariter.

Latus, a, um.	sum, (fui)	Latus, a, um.	sim, (fuerim)
	es, (fuisti)		sis, (fueris)
	est. (fuit.)		sit, (fuerit.)

Pluraliter.

Lati, ae, a,	sumus, (fuimus)	Lati, ae, a.	simus, (fuerimus)
	estis, (fuistis)		sitis, (fueritis)
	sunt, (fuerunt.)		sint, (fuerint.)

Praeteritum Plusquamperfectum.

Singulariter.

Latus, a, um.	eram, (fueram)	Latus, a, um.	essem, (fuissem)
	eras, (fueras)		esses, (fuisses)
	erat, (fuerat.)		esset, (fuisset.)

Pluraliter,

Lati, ae, a.	eramus, (fueramus)	Lati, ae, a.	essemus, (fuissemus)
	eratis, (fueratis)		essetis, (fuissetis)
	erant, (fuerant.)		essent, fuissent)

Futurum.

Singulariter.

Ferar,	Latus, a, um	fuero,
Fereris, *vel* ferere.		fueris,
Feretur.		fuerit,

Pluraliter.

Feremur,	Lati ae, a.	fuerimus,
Feremini,		fueritis,
Ferentur.		fuerint.

Imperativi Modi Tempus Praesens.

Singulariter.

Ferre tu, vel fertor, feratur ille.

Pluraliter.

Feramur nos, ferimini vos, ferantur illi.

Futurum, sive Modus Mandativus.

Singulariter.

Fertor tu, vel fereris, fertor ille, vel feretur.

Pluraliter.

Feriminor vos, v. feremini, feruntor illi, vel ferentur.

Infinitivi Modi Tempus Praesens, et Imperfectum.

Ferri.

Praeteritum Perfectum, et Plusquamperfectum.

Latum, latam, latum esse vel fuisse.

Futurum Infinitivi.

Latum iri.

Participium Praeteriti Temporis.

Latus, lata, latum.

Participium Futuri Temporis.

Ferendus, ferenda, ferendum.

Sic coniugantur omnia eius composita, etsi prima syllaba in temporibus a Praeterito formatis aliquantum mutata, ut: Affero, antefero, aufero, circumfero, confero, differo, offero, infero, perfero, praefero, refero, suffero, transfero; praemefero autem aliquid singulare habet: praetefers, praesefert, praenobis ferimus, praevobis fertis, praeseferunt.

III. Edo, et Comedo.

Eszem. Ich esse. Gim. Jem. *Iidem.*

Edo, et comedo, regulariter ut *Lego* coniugantur, exceptis temporibus, quae sequuntur.

Indicativi Modi Tempus Praesens.

Edo, edis vel es, edit vel est.

Pluraliter.

Edimus, editis vel estis, edunt.

Imperativi Modi Tempus Praesens.

Ede, vel es.

Pluraliter.

Edite, vel este.

Futurum, sive Modus Mandativus.

Edito tu, vel esto, edito ille, vel esto.

Pluraliter.

Editote, vel estote.

Coniunctivi Imperfectum.

Ederem vel essem, ederes vel esses, ederet vel esset.

Pluraliter.

Ederemus vel essemus, ederetis vel essetis ederent vel essent.

Infinitivi Praesens, et Imperfectum.

Edere, vel esse,

In Passivo tantum usurpatur Praesens Indic. Editur, vel estur.

C o m e d o.

Eszem. Ich esse. Gim. Jem *Jidem.*

Indicativi Modi Tempus Praesens.

Comedo, comedis vel comes, comedit vel comest.

Imperativi Futurum.

Comedito tu vel comesto, comedito ille vel comesto

Coniunctivi Praeteritum Imperfectum.

Comederem vel comessem, comederes, vel comesses, comederet, vel commesset.

Pluraliter.

Comederemus vel comessemus, comederetis vel comessetis, comederent vel comessent.

Infin. Praes. et Imperfect.

Comedere, vel comesse.

IV. F i o.

Leszek. Ich werde, oder werde gemacht. Budem, oneb gsem učinem. Poztajem, ali bivam. *Bivam.*

Indicativus Modus.	Coniunctivus Modus.
Tempus Praesens.	
Singulariter.	
Fio.	Fiam.
Fis.	Fias.
Fit.	Fiat.
Pluraliter.	
Fimus.	Fiamus.
Fitis.	Fiatis.
Fiunt.	Fiant.

Praeteritum Imperfectum.

Singulariter.

Fiebam.	Fierem.
Fiebas.	Fieres.
Fiebat.	Fieret.

Pluraliter.

Fiebamus.	Fieremus.
Fiebatis.	Fieretis.
Fiebant.	Fierent.

Praeteritum Perfectum.

Singulariter.

Factus, a, um.	sum, (fui,)	Factus, a, um.	sim, (fuerim,)
	es, (fuisti,)		sis, (fueris,)
	est, (fuit.)		sit, (fuerit,)

Pluraliter.

Facti, ae, a.	sumus, (fuimus)	Facti, ae, a.	simus, (fuerimus,)
	estis, (fuistis)		sitis, (fueritis,)
	sunt, (fuerunt.)		sint, (fuerint.)

Praeteritum Plusquamperfectum.

Singulariter.

Factus, a, um.	eram, (fueram)	Factus, a, um.	essem, (fuissem)
	eras, (fueras,)		esses, (fuisses,)
	erat, (fuerat.)		esset, (fuisset.)

Pluraliter.

Facti, ae, a.	eramus, (fueramus,)	Facti, ae, a.	essemus, (fuissemus)
	eratis, (fueratis,)		essetis, (fuissetis)
	erant, (fuerant.)		essent, (fuissent.)

Futurum.

Singulariter.

Fiam.	Factus, a, um.	fuero.
Fies.		fueris.
Fiet.		fuerit.

Pluraliter.

Fiemus.	Facti, ae, a.	fuerimus.
Fietis.		fueritis.
Fient.		fuerint.

Imperativi Modi Tempus Praesens.

Singulariter.

Fac, fias, fiat.

Pluraliter.

Fiamus, fiatis, fiant.

Infinitivi Modi Tempus Praesens, et Imperfectum.

Fieri.

Praeteritum Perfectum, et Plusquamperfectum.

Factum, am, um, esse vel fuisse.

Futurum.

Factum iri.

Participium Praeteriti Temporis.

Factus, a, um.

Participium Futurum.

Faciendus, a, um.

Nota. 1) Facio activum, coniugationis 3-tiae, rite format omnes modos, et tempora. Passivum eius olim *facior*, (cuius exstant apud Nonium, et Priscianum exempla) sed iam exolevit, eique successit *Fio* significatione passiva, quod, ut videre est, in nonnullis tem-

poribus propriam flexionem habet: Praeteritum. *Factus sum*, derivatum fit ab activi Supino: *Factum.*

Nota 2) Imperativum non habet proprium; Plautus tamen Curc. Act. I. dixit: *Fi* mi obsequens, et mox: *Fite* mihi volentes, et apud Nonium: *Fitote*. Horat. l. 2. Sat. 5. *Fi*. Cognitor ipse Diomedes etiam agnoscit; *Fito*, *fitote*, *fiunto*, qui etiam addit gerundia: *Fiendi*, *fiendo*, *fiendum*, et Participium *Fiens*, quibus tamen minime uteris; cave etiam dixeris: *Fiendus* pro faciendus.

Nota 3) Omnia composita ex facio, quae *a* Praesentis retinent, coniugantur in passivo, prout: patefacio, tumefacio, calefacio, madefacio, liquefacio, patefio, tumefio, etc.

Verum quae *a* praesentis in *i* mutant, coniugantur simpliciter, ut: *Lego*, velut: afficio, conficio, deficio, efficio, inficio, interficio, officio, perficio, etc. Afficior, conficior, etc. praeter officio, et proficio, quae passivum non habent, nisi forte impersonaliter. Reperiuntur tamen etiam confio, interfio, passive pro conficior. Balbus 9. ad Att. Res *tota confieret*. Aeneid. 4. *Confieri* possit. Terent. Adelph. Hoc *confiit*, quod volo. Hecyr. Act. 2. Nihil apud me tibi *defieri* patiar.

Nota 4) *Dic*, *duc*, *fac*, et composita ex dico, duco, facio, *e* literam in Praesenti Imperativi amittunt, ut: *praedic*, *deduc*, *calefac*.

Exceptio. Composita tamen e verbo facio, quae *a* in *i* mutant, *e* servant, ut: *Confice*, *perfice*. Apud Poëtas tamen, et praesertim Comicos, etiam dice, duce, face leguntur. Catullus etiam *inger* pro ingere dixit.

Composita ex duco: Abduco, adduco, circumduco, conduco, reduco, diduco, induco, introduco, perduco, reduco, traduco.

Composita ex dico: Abdico, addico, condico, contradico, edico, indico, praedico.

V. E o.

Megyek. Ich gehe. Gá gdem. Idem, ali hodim. *Idem.*

Indicativus Modus.	Coniunctivus Modus.
Tempus Praesens.	
Singulariter.	
Eo.	Eam.
Is.	Eas.
It.	Eat.
Pluraliter.	
Imus.	Eamus.
Itis.	Eatis.
Eunt.	Eant.
Praeteritum Imperfectum.	
Singulariter.	
Ibam.	Irem.
Ibas.	Ires.
Ibat.	Iret.
Pluraliter.	
Ibamus.	Iremus.
Ibatis.	Iretis.
Ibant.	Irent.
Praeteritum Perfectum.	
Singulariter.	
Ivi.	Iverim.
Ivisti.	Iveris.
Ivit.	Iverit.
Pluraliter.	
Ivimus.	Iverimus.
Ivistis.	Iveritis.
Iverunt, (ere.)	Iverint.
Praeteritum Plusquamperfectum.	
Singulariter.	
Iveram.	Ivissem.
Iveras.	Ivisses.
Iverat.	Ivisset.

Pluraliter.

Iveramus.	Ivissemus.
Iveratis.	Ivissetis.
Iverant.	Ivissent.

Futurum.

Singulariter.

Ibo.	Ivero.
Ibis.	Iveris.
Ibit.	Iverit.

Pluraliter.

Ibimus.	Iverimus.
Ibitis.	Iveritis.
Ibunt.	Iverint.

Modus Imperativus.	Modus Infinitivus.

Tempus Prasens.

Singulariter.

I tu.	Ire.
Eat ille.	*Praeteritum Perfectum et Plusquamperfectum.*
Pl. Eamus nos.	Ivisse.
Ite vos.	
Eant illi.	

Futurum.

Sing. Ito tu, vel ibis.	Iturum, am, um esse.
Ito ille, vel ibit.	*Supinum.*
Plur. Itote vos, vel ibitis.	Itum.
Eunto illi, vel ibunt.	

Gerundia.

Eundi. Eundo. Eundum.

Participium.

Tempus Praesens.	Iens, euntis.
Tempus Futurum.	Iturus, a, um.

Nota. 1) Verbi simplicis *Eo* normam sequuntur in omnibus eius composita, ut sunt: adeo, anteeo, cir-

cumeo, coëo, exeo, ineo, intereo, abeo, pereo, pessumeo, praeeo, praetereo, subeo, transeo. Sic etiam prodeo, et redeo, quae tamen literam *d* in Imperf. et Futuro interserunt.

Nota 2) Veneo. *Eladatom,* Ich werde verkauft. Na prodag gsem. Prodajemse. *Prodajemse.* Veneo. compositum ex *venum*, et *eo*, eandem normam in coniugando sequitur, *venibam*, *venivi*, melius abiecto v *venii*, *venieram*, *venibo*, *veniero*, *venire*, *venisse*. Imperativus item gerundia, supina, participia a verbo hoc non sunt in usu.

Nota 3) *Queo* et *nequeo* etiam coniugantur, ut *Eo*, nisi quod Imperativo, Gerundio, et Participio Praesentis careant. Passiva voce: *quitur*, *quentur*, *queantur*, *quitus* sum dicebant veteres, auctore Diomede; sic etiam *nequitur*, *nequitum est*; Terent. Hoc, Act. 4. 9. 1. Forma in tenebris nosci non *quita est*, loco non quivit. Lucret. l. I. Dum veniant aliae, ac supleri summa *queatur*. Participia *quiens*, *nequiens*, in Plur. *queuntes*, *nequeuntes* rarissime in scriptoribus antiquis occurrunt. Annibalem adsequi *nequiens*. Ammianus 16. 25. quod enim in Fragm. Sallust. legitur; et in Plut. Arnobius II. p. 13. Coecitate ingenita nequeuntes video.

Volo. *Akarok.* Ich will. Chcem. Ja hochu. *Ja hocsu.* Nolo. *Nem akarok.* Ich will nicht. Nechcem. Ja nechu. *Ja necsu.* Malo. *Inkább akarok.* Ich will lieber. Radegi chcem. Ja rajshi hochu. *Ja volim.*

Modus Indicativus, Tempus Praesens.

Singulariter.

Volo.	Nolo.	Malo.
Vis.	Non vis.	Mavis.
Vult.	Non vult.	Mavult.

Pluraliter.

Volumus.	Nolumus.	Malumus.
Vultis.	Non vultis	Mavultis.
Volunt.	Nolunt.	Malunt.

Praeteritum Imperfectum.

Singulariter.

Volebam.	Nolebam.	Malebam.
Volebas.	Nolebas.	Malebas.
Volebat.	Nolebat.	Malebat.

Pluraliter.

Volebamus.	Nolebamus.	Malebamus.
Volebatis.	Nolebatis.	Malebatis.
Volebant.	Nolebant.	Malebant.

Praeteritum Perfectum.

Singulariter.

Volui.	Nolui.	Malui.
Voluisti.	Noluisti	Maluisti.
Voluit.	Noluit.	Maluit.

Pluraliter.

Voluimus.	Noluimus.	Maluimus.
Voluistis.	Noluistis	Maluistis.
Voluerunt (ere.)	Noluerunt (ere.)	Maluerunt (ere.)

Praeteritum Plusquamperfectum.

Singulariter.

Volueram.	Nolueram.	Malueram.
Volueras.	Nolueras.	Malueras.
Voluerat.	Noluerat.	Maluerat.

Pluraliter.

Volueramus.	Nolueramus.	Malueramus.
Volueratis.	Nolueratis.	Malueratis.
Voluerant.	Noluerant.	Maluerant.

Futurum.

Singulariter.

Volam.	Nolam.	Malam.
Voles.	Noles.	Males.
Volet.	Nolet.	Malet.

Pluraliter.

Volemus.	Nolemus.	Malemus.
Voletis.	Noletis.	Maletis.
Volent.	Nolent.	Malent.

Coniunctivi Modi Tempus Praesens.

Singulariter.

Velim.	Nolim.	Malim.
Velis.	Nolis.	Malis.
Velit.	Nolit.	Malit.

Pluraliter.

Velimus.	Nolimus.	Malimus.
Velitis.	Nolitis.	Malitis.
Velint.	Nolint.	Malint.

Praeteritum Imperfectum.

Singulariter.

Vellem.	Nollem.	Mallem.
Velles.	Nolles.	Malles.
Vellet.	Nollet.	Mallet.

Pluraliter.

Vellemus.	Nollemus.	Mallemus.
Velletis.	Nolletis.	Malletis.
Vellent.	Nollent.	Mallent.

Praeteritum Perfectum.

Singulariter.

Voluerim.	Noluerim.	Maluerim.
Volueris.	Nolueris.	Malueris.
Voluerit.	Noluerit.	Maluerit.

Pluraliter.

Voluerimus.	Noluerimus.	Maluerimus.
Volueritis.	Nolueritis.	Malueritis.
Voluerint.	Noluerint.	Maluerint.

Praeteritum Plusquamperfectum.

Singulariter.

Voluissem.	Noluissem.	Maluissem.
Voluisses.	Noluisses.	Maluisses.
Voluisset.	Noluisset.	Maluisset.

Pluraliter.

Voluissemus.	Noluissemus.	Maluissemus.
Voluissetis.	Noluissetis.	Maluissetis.
Voluissent.	Noluissent.	Maluissent.

Futurum.

Singulariter.

Voluero.	Noluero.	Maluero.
Volueris.	Nolueris.	Malueris.
Voluerit.	Noluerit.	Maluerit.

Pluraliter.

Voluerimus.	Noluerimus.	Maluerimus.
Volueritis.	Nolueritis.	Malueritis.
Voluerint.	Noluerint.	Maluerint.

Modus Imperativus.

Tempus Praesens.

Caret.	*Sing.* Noli.	Caret.
	Plural. Nolite.	

Futurum sive Modus Mandativus.

Sing. Nolito.
Plural. Nolite
Nolunto.

Modus Infinitivus.

Tempus Praesens.

Velle.	Nolle.	Malle.

Praeteritum Perfect. et Plusquamperfectum.

Voluisse.	Noluisse.	Maluisse.

Participium.

Tempus Praesens.

Volens. Nolens. Malens.

Nota 1) Volo, malo proprie Imperativo carent, pro quo utimur *Fac velis*, *malis*, Cic. ad Att. Itaque *fac*, ut me *velis*, esse aliquem; sic da operam: ut *velis*, et similibus. Diomedes addit: *volito*, *volitote*; sed in usu non sunt.

Nota 2) *Nolo* et *malo*, compositi idem sunt, ac *non volo*, et *magis volo*; apud Plautum: *mavolo*, *mavellem*, et *mavelim* invenies, et *nevolo*, *nevis*, *nevult*.

§. VII.

De Coniugatione Verborum Defectivorum.

Quae sunt verba Defectiva?

Sunt, quibus Modi nonnulli, aut Tempora, Numeri, Personae deficiunt. Quo vocabulo nonnulli Grammatici *Anomala* quoque complectuntur, verum non omnia Defectiva sunt *Anomala*; nam *memini*, *odi*, *novi*, *coepi*, cum multis destituuntur temporibus, tertiae tamen sive quartae Coniugationis leges servant, ut infra videre est.

I.

a) Coepi: *elkezdettem*, vagy *elkezdem*, ich habe angefangen, oder ich fange an; počal gsem, aneb počinam. Ja zacsosam, illi zacsinam. *Ja zachelszem*, *ali zachimam*.

b) Memini: *emlékezek*, vagy *emlékeztem*; ich erinnere mich, oder ich habe mich erinnert; pomatugem, aneb pomatowal gsem. Ja spominjamse, illi spominjosamse. *Ja zpominamsze*, *ali zpominalszemsze*.

c) Novi: *tudom*, vagy *tudtam*; ich weiß, oder habe gewußt; wim, aneb wedel gsem. Ja znam, illi znaosam. *Ja znam*, *ali znalszem*.

d) Odi: *gyülölöm*, vagy *gyülöltem*; ich hasse, oder ich habe gehaßt; nenawidim, aneb nenawidel gsem. Ja odurivam, illi odurivosam. *Ja odurjavam*, *ali odurjavalszem*.

Modus Indicativus.

Praeteritum Perfectum.

Singulariter.

Coepi.	Memini.	Novi.	Odi.
Coepisti.	Meministi.	Novisti.	Odisti.
Coepit.	Meminit.	Novit.	Odit.

Pluraliter.

Coepimus.	Meminimus.	Novimus.	Odimus.
Coepistis.	Meministis.	Novistis.	Odistis.
Coeperunt. (ere.)	Meminerunt. (ere.)	Noverunt. (ere.)	Oderunt. (ere.)

Praeteritum Plusquamperfectum.

Singulariter.

Coeperam.	Memineram.	Noveram.	Oderam.
Coeperas.	Memineras.	Noveras.	Oderas.
Coeperat.	Meminerat.	Noverat.	Oderat.

Pluraliter.

Coeperamus.	Memineramus.	Noveramus.	Oderamus
Coeperatis.	Memineratis.	Noveratis.	Oderatis.
Coeperant.	Meminerant.	Noverant.	Oderant.

Modus Coniunctivus.

Praeteritum Perfectum.

Singulariter.

Coeperim.	Meminerim.	Noverim.	Oderim.
Coeperis.	Memineris.	Noveris.	Oderis.
Coeperit.	Meminerit.	Noverit.	Oderit.

Pluraliter.

Coeperimus.	Meminerimus.	Noverimus.	Oderimus.
Coeperitis.	Memineritis.	Noveritis.	Oderitis.
Coeperint.	Meminerint.	Noverint.	Oderint.

Praeteritum Plusquamperfectum.

Singulariter.

Coepissem.	Meminissem.	Novissem.	Odissem.
Coepisses.	Meminisses.	Novisses.	Odisses.
Coepisset.	Meminisset.	Novisset.	Odisset.

Pluraliter.

Coepissemus	Meminissemus	Novissemus	Odissemus.
Coepissetis.	Meminissetis.	Novissetis.	Odissetis.
Coepissent.	Meminissent.	Novissent.	Odissent.

Futurum.

Singulariter.

Coepero.	Meminero.	Novero.	Odero.
Coeperis.	Memineris.	Noveris.	Oderis.
Coeperit.	Meminerit.	Noverit.	Oderit.

Pluraliter.

Coeperimus.	Meminerimus	Noverimus.	Oderimus.
Coeperitis.	Memineritis.	Noveritis.	Oderitis.
Coeperint.	Meminerint.	Noverint.	Oderint.

Modus Imperativus.

Singulariter.

Caret.	Memento, *vel* memineris,	Noveris.	Oderis.
	meminerit.	Noverit.	Oderit.

Pluraliter.

Caret.	Meminerimus.	Noverimus.	Oderimus.
	Mementote, *v.* memineritis.	Noveritis.	Oderitis.
	Meminerint.	Noverint.	Oderint.

Modus Infinitivus.

Praeteritum Perfectum, et Plusquamperfectum.

Coepisse.	Meminisse.	Novisse.	Odisse.

Futurum.

Coepturum, am, um, esse.	Caret.	Caret.	Osurum, am, um, esse.

Participium.

Praeteritum Perfectum.

Coeptus, a, um.	Caret.	Caret.	Osus, a, um.

Futurum.

Coepturus, a, um.	Caret	Caret.	Osurus, a, um.

Nota 1) Quatuor haec verba Praeteritum solum habent, sed Praeteritum sumitur etiam pro Praesenti, quo tempore et omnibus iis, quae a Praesenti formantur, carent. *Coepio* olim in usu fuit, ut: Plaut. Men. Lites *coepio*.

Nota 2) Coepi Praeteritum aliud habet passivae vocis *coeptus*, *a*, *um*, *sum* vel *fui*, *eram* vel *fueram*, in aliis etiam Modis: *coeptus fuissem;* etc. iungiturque aliis passivis Infiniti Modis e. g. Pons institui *coeptus est*. Caes. Vineae *coeptae* agi. Liv.

Nota 3) Memineris, noveris, oderis, coeperis, etc. quae pro Imperativo usurpantur, sunt modi Coniunctivi.

Nota 4) Novi saepe patitur Syncopen, abiecta syllaba *vi*, ut: novisti, *nosti*, novistis, *nostis*, noverunt, *norunt*, noveram, *noram*, *as*, *at*, *amus*, *atis*, *ant*, noverim, *norim*, *ris*, etc. novissem, *nossem*, *nosse*, et: *emus*, *etis*, *ent*, noveris, *noris*, novisse, *nosse*.

II.

Aio, inquam. *Mondom.* Ich sage; gá práwim. Velim. *Velim.*

Modus Indicativus.

Tempus Praesens.

Sing.	Aio, ais, ait.	Inquam, is, it.
Plur.	Caret, aiunt.	Inquimus, inquitis, iunt.

Praeteritum Imperfectum.

Sing.	Aiebam, as, at.	Inquiebam, bas, bat. (etiam inquibat.
Plur.	Aiebamus, atis, ant.	Inquiebamus, batis, bant.

Praeteritum Perfectum.

Sing.	— Aisti, caret.	— caret inquisti, caret.

Futurum.

Sing.	— —	— Inquies, inquiet.

Modus Coniunctivus.

Tempus Praesens.

Sing. — Aias, aiat. | — Inquias, inquiat.
Plur. — Aiatis, aiant. | — Inquiatis, inquiant.

Modus Imperativus.

Tempus Praesens.

Sing. — Ai, — | — Inque, vel inquito.

Participium Praesens.

Aiens. | Inquiens.

Nota. *Inquio* etiam nonnunquam reperitur: ita apud Catul. epig. 10. sed rarum est. *Aio:* Praesens tantum, et Imperfectum habere Grammatici nonnulli contendunt, reliqua tempora rarius saltem occurrere dubio vacat. Plaut. in Imperat. vel *ai*, negat.

III.

Forem, fore. *Volnék, lennék, lenni.* Ich wäre, oder ich würde sein. Gsem bil, biti. Dabi bil, da budem. *Dabi bio, da bude.*

Forem, fores, foret, *loco* essem, esses, esset.
— — forent, *loco* — — essent.
Fore — — *loco* — — futurum.

Nota. Occurrunt etiam eius composita *adfore:* Aen. 8. *adforet.* Aen. 6. *Confer.* Terent. Andr. *defore.* Cic. in Rul. *Profore.* Horat. 1. ep. 18. et alia.

IV.

Ad classem Defectivorum, e quibus nonnulla unum tantum, alterumve tempus, aut personam habent, pertinent etiam sequentia:

FAXO. Futurum Indicativi, pro faciam. *Megcselekszem.* Ich werde machen. Učinim. Budem uchenil. *Budem ucsinio.*

Faxim, *is, it, imus, itis, int.* In modo Coniunctivo loco faciam, as, at, etc. vel fecero.

QUAESO, quaesumus. *Kérlek*, *kérünk*. Ich bitte, wir bitten. Prosím, prosíme. Proszim, proszimo. *Molim*, *molimo*. Primas tantum personas Praesentis Indicativi habet.

AVE, *avete*, *aveto*, *avere*, verbum est salutandi. *Isten veled*, *légy egésséggel*, vagy *üdvöz légy*. Sei gegrüßt. Zdraw bud. Daszi zdrav. *Daszi zdrav*. Aveo autem, id est: concupisco, plura habet tempora.

SALVE, *salvete*, *salvebis*, *salveto*, *salvetote*, *salvere*; eadem fere significatio, quae prioris.

CEDO est secunda persona utriusque numeri Imperativi. Terentio valde frequens, idem significat, ac: *da*, *exhibe*, *porrige*, vel *dic*. *Add elő*, *hozz*. Gieb, reiche her, und auch: sage heraus. Dage neb podag, powec. Daj, ali povech. *Daj ali kaxi*. Reperitur etiam in Pl. apud Comicos: *cedite*, vel cette per Syncopen.

INFIT, tertia persona Praesent. Indic. pro *incipit*, vel *inquit*. *Elkezdi* vagy *mondja*. Er fängt an, er sagt. Začina on, neb powida. On pochinja, ali poveda. *On pocsina*, *illi kaxe*.

DEFIT, *defieri*, tertiam personam habet indicativi, et Praesens Infinitivi. *Hijja vagyon*. Es mangelt. Nedostáwase. Zmenykati. *Majnka*.

OVAT, tertiam personam habet Indicativi, et Participium: *ovans*, *ovantis*, *ovanti*, etc. *Örül*, *vigad*. Er frohlockt. Raduge se. Radujese. *Radujesze*; licet et aliae supersint flexiones: *Ovet*, Stat. 4. Silv. 1. 8. *ovaret*. Idem Theb. I. 153. *ovandi* ius. Svet. Claud. e. 1. et Solin. c. 57. de Antiocho: equum *ovaturus* insiluit.

VALE, *valete*, *valeto*, *valere*; etsi ex integro verbo valeo est: quia tamen salutandi significatio in pluribus personis non datur; inter Defectiva refertur.

FARI, DARI, etiam Defectivis accensentur propterea quod primae personae horum verborum Praes. Indic. et Coniunct. *for*, *dor*, *fer*, *der*, non sint

in usu: recte vero dicitur: *faris*, *fari*, *fatus sum*, *fandi*, *fando*, etc. uti et *daris*, *datur* etc.

Admonitio. Quae sequuntur in *im* ad Praesens, vel Futurum Coniunctivi, aut ad Praesens vel Futurum Modi potentialis pertinent, pleraque eorum non sunt in usu, obiter hic tantum, et perpaucis exponuntur, ne adolescentuli in veterum scriptis legendis, intelligendis adhaereant; huiusmodi sunt·

Edim, edis, edit. *Plur.* Edimus, editis, edint, pro *edam*, *as*, etc.

Comedim, comedis etc. pro *comedam*.

Ausim, is, it, id est: *audeam*, sive *ausus ero*, fuero, vel fuerim.

Auxim, auxis, id est: *augeam*,

Axim, is, int, pro *agam*, vel *egerim*, *adaxint*, Plaut.

Duim, is, it, int, pro *dem*.

Perduim, is, it, int, pro *perdam*.

Siem, es, et, sint, pro *sim*.

Prohibessim, pro *prohibuerim*,

Amasso, pro *amavero*.

Expugnassere, pro *expugnaturum esse*.

Reconciliassere, pro *reconciliaturum esse*.

Haec vocantur tempora Archaica.

VIII.

De Coniugatione Verborum Impersonalium.

Grammatici nonnulli, ut: Donatus, Diomedes, Phocas, etc. Verba Impersonalia inter *Defectiva* numerant; quia *personis deficiunt*, personis quidem sermonis, quae sunt ipsius verbi propria quasi membra; neque his omnibus, sed praecipuis, prima, et secunda.

Quotuplicia sunt Impersonalia?

Duplicia: alia sunt activae vocis, ut: *piget*, *pudet*, *poenitet*, etc. alia Passivae vocis, ut: *pugnatur*, *itur*, *curritur*, *egetur*. etc.

I. De Activis Impersonalibus.

Activa vel potius Neutra desinunt in *t*, suntque duplicia: alia *per se Impersonalia*, quae nimirum usitata in prima et secunda persona non leguntur, ut sunt: *decet*, *libet*, *licet*, *liquet*, *miseret*, *oportet*, *piget*, *poenitet*, *pudet*, *taedet*. Alia per *Accidens;* quae ratione primae, et secundae personae personalia sunt: in tertia autem e constructione impersonalitatem induunt, id est: absolute sine Nominativo ponuntur, ut: *tonat*, *fulget*, *fulgurat*, *grandinat*, *ningit*, *pluit*, quibus tamen nonnunquam etiam Nominativus additur rei; quae pluviam, tonitru, aut quid simile ciet.

Coniugatio autem Impersonalium activorum fit per consuetas quatuor coniugationum formas. E. g.

a) *Per I. Coniug.* Tonat, tonabat, tonuit, tonuerat, tonabit. *Coniunct.* tonet, tonaret, tonuerat, tonuisset. *Infinit.* tonare, tonuisse.

b) *Per II. Coniug.* Oportet, oportebat, oportuit, oportuerat, oportebit. *Coniunct.* oporteat, oporteret, oportuerit, oportuisset, *Infinit.* oportere, oportuisse.

c) *Per III. Coniug.* Accidit, accidebat, accidit, acciderat, accidet. *Coniunct.* accidat, accideret, acciderit, accidisset. *Infinit.* accidere, accidisse.

d) *Per IV. Coniug.* Evenit, eveniebat, evenit, evenerat, eveniet. *Coniunct.* eveniat, eveniret, evenerit, evenisset. *Infinit.* evenire, evenisse.

PARADIGMA.

Verbi Impersonalis vocis activae.

Poenitet. *Bánom.* Es reuet. Lito, neb zel gest. Kajemsze. *Kajamsze.*

Modus Indicativus.	Modus Coniunctivus.
Praesens.	
Poenitet.	Poeniteat.

Imperfectum.

Poenitebat. | Poeniteret.

Perfectum.

Poenituit. | Poenituerit.

Praeteritum Plusquamperfectum.

Poenituerat. | Poenituisset.

Futurum.

Poenitebit. | Poenituerit.

Modus Imperativus. | *Modus Infinitivus.*

Psaesens.

Poeniteat. | Poenitere.

Perfectum.

Poenituisse.

Gerundia.

Poenitendi, do, dum,

Participium.

Poenitens, entis.

II. De Passivis Impersonalibus.

Unde fiunt Impersonalia passivae vocis, et quomodo coniugantur?

Fiunt ab omnibus verbis activis, et neutris, desinuntque in *tur* et coniugatio eorum sequitur characterem passivorum, e. g.

a) *Per I. Coniug.* Cantatur, cantabatur, cantatum est, cantatum erat, cantabitur. *Coniunct.* cantetur, etc. *Infinit.* cantari, etc. sic etiam statur, laboratur, peccatur, etc.

b) *Per II. Coniug.* Sedetur, sedebatur, sessum est, sessum erat, sedebitur, etc. etiam suadetur, ridetur, siletur.

c) *Per III. Coniug.* Curritur, currebatur, cursum est, cursum erat, etc. sic etiam luditur, parcitur, scanditur, sistitur, vivitur.

d) *Per IV. Coniug.* Itur, ibatur, itum est, etc. sic etiam dormitur, garritur, scitur, servitur, venitur, etc.

PARADIGMA.

Verbi Impersonalis vocis passivae.

Modus Indicativus.	Modus Coniunctivus.
Praesens.	
Pugnatur. *Viaskodtatik.* Es wird gekämpft. Bige, boguge. Bijesze, vojujesze. *Vojujesze.*	Pugnetur.
Imperfectum.	
Pugnabatur.	Pugnaretur.
Perfectum.	
Pugnatum est (fuit.)	Pugnatum sit (fuerit.)
Plusquamperfectum.	
Pugnatum erat (fuerat.)	Pugnatum esset (fuisset.)
Futurum.	
Pugnabitur.	Pugnatum fuerit.
Modus Imperativus.	*Modus Infinitivus.*
Praes. Pugnetur.	*Praes.* Pugnari. *Perfectum.* Pugnatum esse (fuisse.) *Futurum.* Pugnatum iri.

CAPUT IV.

DE PARTICIPIO.

Quid est Participium, et quid de eo notandum?

Est adiectivum a verbo derivatum, tam nominis quam verbi *accidentia* (seu proprietates) in se continens: ut: *amans*, *amaturus*, *amatus*, *amandus*. Vel est pars orationis, quae tum casus, tum tempora habet. *Participium* vocatur, quia partem suae naturae capit, seu *participat* a nomine, partem a verbo.

A nomine sumit *genus*, *numerum*, *declinationem*, *casum*, et saepe *comparationem.*

A verbo *significationem actionis*, aut *passionis*, et *tempus.*

Praecipuum Participii *accidens,* per quod a reliquis distinguitur adiectivis, est *tempus. Tempora* Participiorum sunt tria: Praesens, Praeteritum, et Futurum.

I. Participium praesentis temporis exit in *ans*, vel *ens*, ac ab omni verborum genere nascitur, exceptis passivis, ut; *amans*, *serviens*, *complectens*, *utens.*

II. Participium praeteriti temporis desinit in *tus, sus*, *xus*, et fit a verbis passivis, ac deponentibus, ut: *amatus*, *usus*, *amplexus.*

Nota. Unum in *uus* reperitur, *mortuus* videlicet a morior.

III. Participia futuri temporis tum in *rus*, tum in *dus* exeunt.

a) In *rus* oriuntur ab omni genere verborum exceptis passivis, ut: *amaturus*, *serviturus*, *amplexurus*, *usurus.*

Nota. 1) *Morior*, *orior*, *parior*, *nascor*, in formatione participii huius recedunt a communi regula, habent enim *moriturus*, *oriturus*, *pariturus*, *nasciturus*, non morturus, orturus, parturus, naturus.

Nota. 2) Quae verbis supinis carent, carent etiam participiis in *rus*, et participiis praeteriti temporis.

b) Participia in *dus* fiunt a passivis, ut *amandus*, ab amor; saepe etiam a deponentibus, quae accusandi casum habent, praesertim si aliquando fuerunt communia, ut: *sequendus* a sequor, *ulciscendus* ab ulciscor, *execrandus* ab execror, *utendus* ab utor.

Quod attinet ad accidentia, quae in participiis cum nominibus communia sunt, sequentia observanda veniunt.

1) Quoad genus, numerum, declinationem, et casum eadem est ratio participiorum, quae adiectivorum in nomine; nam participia in *us* sunt adiectiva unius terminationis, generis omnis, et declinan-

tur, ut: *felix.* Praeterita, et futura sunt trium terminationum, et declinantur, ut: *bonus, a, um.*

2) Participia quaedam, adiectivorum instar comparantur etiam, temporis nimirum praesentis, et praeteriti, ut: *amans, amantior, amantissimus; egens, egentior, egentissimus; optatus, optatior, optatissimus*, etc. Nulla vero comparantur in *rus*, vel *dus*; nam *colendissimus, observandissimus* recepta quidem, sed non sunt latina. Quaedam horum extra positivum vix aliter, quam in alterutro gradu reperies, ut in comparativo: *rectior, spoliatior, damnatior*; in superlativo, ut: *persuasissimus, debitissimus*, fortasse et *laudatissimus.*

CAPUT V.

DE PRAEPOSITIONE.

Quid est Praepositio?

Est pars orationis, quae ceteris partibus aut separata, aut coniuncta fere praeponitur.

Separata, ut: *Non sum apud me prae iracundia.*

Coniuncta ut: *Praestat millies mori, quam Deum vel levissime offendere.*

Quomodo dividuntur Praepositiones?

Trifariam: quaedam Accusativum regunt, quaedam Ablativum, quaedam utrumque casum.

Admonitio. Quem praepositio quaeque casum regat, non ad Etymologiam quidem, sed ad Syntaxim pertinet; nihilominus subiiciuntur hic praepositiones cum suis casibus, quia pueris earum usus fit maximus.

I. Praepositiones cum Accusativo.

Ad. *Hozzá, reá, mellé, hez, hoz, re, ra.* Nach, bei, zugegen. K, ke, na, do. K, vu, na, do. *K, na, do, za*

Apud. *Nál, nálam, nálad, nála.* Bei. U, Pri. Kod. *Pri.*

Ante. *Előtt, előttem, előtted, előtte.* Vor. Pred. Pred. *Prid.*

Adversus vel adversum. *Ellen, ellenem*, etc. Gegen, wi-

der. Proti, naproti. Proti, naproti, szuproti. *Protiva, suprot.*

Cis. *Innen, effelől.* Diesseits. Z tegto Strani. Zovo ztrane. *Sove strane.*

Citra. *Nélkül, innen, előtt.* Diesseits. Z oneg Strani. Zone ztrane. *S' one strane, odovua*

Circiter. *Úgy mint, felé.* Ungefähr, beiläufig. Okolo. okolo. *Okolo.*

Circa. *Környül, mellette.* Bei, um, rings umher. Pri, (neb) okolo. Okolo. *Okolo.*

Circum. *Körül, környül.* Um, herum, umher. Okolo. Okolo. *Okolo.*

Contra. *Ellen, ellenbe, ellenem.* Wider, gegen. Proti. Suproti. *Suprot.*

Erga. *Hozzám, hozzá.* Gegen. Proti, naproti. Proti, naproti. *Prama.*

Extra. *Künn, kinn, kivül.* Ausser, ausserhalb. Krome, wen, wne. Zvan. *Iz van.*

Intra. *Ban, ben, belé, belől.* Innerhalb, binnen. Wnitr, tam. Nutri. *U nutra.*

Inter. *Közt, között, közöttem,* etc. Zwischen unter. Mezi. Med. *Medgy.*

Infra. *Alá, alá felé, alább, alatt.* Unter, Unterhalb. Pod, zespod, wedle, dole. Ped. *Pod.*

Iuxta. *Mellett, mellette, mellettem,* etc. Nach, neben, bei. podle, wedle. Polek. *Pokrai.*

Ob. *Ért, miatt, azért.* Wegen, vor. Za, pro. Zbog, zaradi. *Zbog, zaradi.*

Penes. *Mellett, mellette, mellettem,* etc. Bei. Pri, u. Pri. *Kod.*

Per. *Által, általa, rajta.* Durch. Skrz. Chez. *Kroz.*

Pone. *Hátúl, megett.* Hinterwärts, hinter. Pozadu. Pri. *Kod.*

Post. *Utánn, megett.* Nach, hernach, hinter. Za, potom, posled. Za. *Za.*

Praeter. *Kivül, nélkül, mellett.* Ohne, neben, wider. Mimo, krome. Mimo. *Osim toga.*

Prope. *Közel, mellett,* etc. Bei, beinahe. Pri, blizko. Blizu. *Blizu,*

Propter. *Azért, érte, mellett.* Um, von, wegen. Pro, za. Zarad. *Zaradi.*

Secundum. *Szerint, nál, nél, mellett.* Nach, neben. Polde. Polek. *Pokraj.*
Secus. *Mellette.* Nahe, nahe bei. Podle, blizko. Pekjo blizu. *Blizu, uz, kad.*
Supra. *Rajta, felette.* Oben, über. Na, nad. Na, nad zverhu. *Nad, sverhu.*
Trans. *Által, túl.* Hinüber, überhin, jenseits. Pres, za. Prek. *Priko.*
Versus, versum, (etiam vorsus vorsum.) *Felé, ellen.* Gegen, oder wärts. Proti, naproti. Proti, naproti. *Protiva.*
Ultra. *Túl, által, felett.* Weiter, jenseits, darüber. Pres, z oneg Strani. Dalije. *Dalye.*
Usque. *Addig, ig.* Bis, an. Až. Do. *Do.*

Nota. 1. In universum praepositiones, quae Accusativum regunt, numero sunt una et triginta, quae memoriae iuvandae causa his continentur versiculis:

Trans, apud, adversus, *quarto* iungantur, et ante,
Pone, per, adversum, iuxta, prope, versus, et infra.
Ad, post, et circum, circa, cis, circiter, extra,
Praeter, ob, intra, erga, citra, secus, usque, secundum,
Et propter, contra, supra, penes, inter, et ultra.

Nota 2. *Versus* casui suo, quem regit, postponitur, ut: *Massiliam versus, Brundusium versus.* Cic. Medus amnis meridiem versus fluit. Curt.

II. Praepositiones cum Ablativo.

A, ab, abs. *Tól, túl, től, tűl.* Von, durch, aus. 2c. Od. Od. *Od.*
Absque. *Nélkül.* Ohne. Bez. Prez. *Prez.*
Cum. *Val, vel, velem, veled.* Mit. S tim. Z. *S.*
Coram. *Előtt, előtted, előtte.* Vor, in Gegenwart. Pred, u Pritomnosti. Pred. *Prid.*
Clam. *Nélkül, lopva, csalárdúl, alattomban.* Heimlich, verborgen, ohne Wissen. Tagne, newédome, skritte, Otajno, skrivcze. *Potajno.*
De. *Ból ből, ról, ről, rűl, alá.* Von wegen. Od z. Od. *Od.*
E, ex. *Tól, től, túl, tűl, ból, bűl.* Von, aus. Z, od. Z, iz od. *Iz, od.*

Prae, *Elől, elölle, miatt, miatta.* Vor, gegen, vorher. Pred, proti, pred tim. Pred. *Prid.*

Pro. *Ért, előtt, helyett.* Für. Za, pred, pro. Za. Za.

Procul. *Messze.* Von fern, weit. Zdaleka, opodal. Dalko. *Daleko.*

Palam. *Nyilván való, szemlátomást.* Oeffentlich. Zgewne. Ocsi veszto. *Ocsito.*

Sine. *Nélkül.* Ohne. Bez. Prez. *Prez.*

Tenus. *Addig, ig, igg, nál, nél, fogva.* Bis, nahe. Až Do. *Do.*

Nota 1. *Tenus* fere Genitivum amat, cum vocabulo multitudinis adhaeret, ut: comarum tenus, lumborum tenus. Alioquin Ablativum, ut: pectore tenus, ore tenus. Apud bonos auctores reperitur: *clam patre*, et *clam patrem.*

Nota 2. Praepositiones Ablativo servientes in sequentes memoriales versus placuit redigere:

Abs, ab, et a poscunt: cum, clam sibi sumere sextum,
Et tenus, atque palam, procul, absque fruuntur eodem,
Ex, e, de, coram, pro, prae, sine ponitur apte.
Post patrium ferme numero *tenus* una secundo.

III. Accusativum, vel Ablativum, pro varia significatione postulant.

In. *Ban, ben, an, en, ra, ba, be.* In oder auf. W, do, na. Vu, na, po. *U, vina.*

Sub. *Alatt, alatta, alattad,* etc. Unter, bei. Pod, neb, pred. Pod. *Pod.*

Super. *Rajta, felette.* Auf, über, bei, darüber. Na, pres, to. Na, sverhu. *Na, zverhu.*

Nota. Si in his tribus praepositionibus quaestio fiat per *Quo?* Accusativum petunt, ut: *Eo in Templum. Librum abiecit sub mensam. Meditatur super glaciem.* Si vero per *Ubi?* Ablativum, ut: *Est in templo. Iacet sub mensa. Cecidit super glacie.*

Subter. *Alatta, alattam, alattad.* Unter. Pod. Pod. *Pod.* Apud Oratores Accusativum habet, apud Poetas etiam Ablativum.

CAPUT VI.

DE ADVERBIO

Quid est Adverbium?

Est pars orationis, quae vocabulis addita, eorum significationem explanat, ac definit, ut: *Raro loquitur; bene peritus; vehementer iratus; parum diligens.*

Adverbiorum varia sunt genera, et significationes.

Comparandi, ut: *Magis*, *minus*, *fortius.*

Confirmandi, ut: *Profecto*, *sane*, *certe*, *certo*, *scilicet*, *nae*, *utique*, *vere*, *verissime*, *haud dubie*, etc. Huc pertinent formulae iurandi veterum: *me hercule*, *hercle*, *mecastor*, *pol*, *aedepol*, *medius fidius.* etc.

Congregandi, ut: *Simul*, *una*, *pariter.*

Demonstrandi, ut: *En*, *ecce*, et *hem.*

Diversitatis, ut: *Aliter*, *secus.*

Dubitandi, ut *forsan*, *forsitan*, *fortassis*, *fortasse*, etc.

Eligendi, ut: *Potius*, *imo*, etc.

Eventus, ut: *Forte*, *fortuito.*

Hortandi ut *Eia*, *age*, *agedum*, *agito.*

Intendendi, ut *Acriter*, *studiose*, *vehementer.*

Interrogandi, ut: *Cur? quare? quid ita? quam ob rem?*

Loci, ut: *Hic*, *huc*, *hac*, *horsum.*

Negandi, ut: *Non*, *nequaquam*, *minime*, *haud*, *haudquaquam.*

Numeri, ut: *Semel*, *bis*, *ter*, *quater*, *quinquies*, *sexies*, *septies*, *octies*, *novies*, *decies*, *undecies*, *duodecies*, *tredecies*, *quaterdecies*, *quindecies*, *sedecies*, *decies septies*, *duodevicies*, *undevicies*, *vicies*, *vicies semel*, *semel et vicies*, *bis et vicies*, *ter et vicies*, *duo de tricies*, *undetricies*, *tricies*, *semel et tricies*,

bis et tricies, undequadragesies, quadragies, quinquagies, sexagies, septuagies, octuagies, nonagies, undecenties, centies, ducenties, tercenties, quadringenties, quingenties, sexcenties, septingenties, octingenties, nongenties, millies; raro, rursus, iterum, tertium, quartum, etc.

Optandi, ut: *Utinam! o utinam! o si!*

Ordinis, ut: *Primum, deinde, postea, deinceps, praeterea, denique, postremum.*

Prohibendi, ut: *Ne, minime, nequaquam.*

Qualitatis, ut: *Prudenter, perite, eleganter*, etc.

Quantitatis, ut: *Parum, multum, satis, nimium*, etc.

Remittendi, ut: *Segniter, remisse, oscitanter.*

Respondendi affirmative, ut: *Etiam, ita, maxime, quidni.*

Separandi, ut: *Seorsim, separatim.*

Similitudinis, ut: *Sicut, sicuti, ut, uti.*

Temporis, ut: *Hodie, cras, perendie, heri, nudius tertius.*

Vocandi, *Heus, eho.*

Nota Praecipue notanda significata adverbiorum loci, ac temporis, nempe: persepae in thaematibus occurrentium.

ADVERBIA LOCI.

Haec varia sunt: nempe 1. In LOCO. 2. A LOCO. 3. Ad LOCUM 4. Per LOCUM.

I. In LOCO, *ad Quaestionem* UBI? *Hol, holott?* Wo? Kde. Gde. *Gdi.*

Hic, isthic. *Itt, itten.* Hier, da. Tuto, zde, na tomto Miste. Ovde, na ovomu meztu. *Ovdi, na ovomu mistu.*

Illic. *Imitt, amott.* Dort, daselbst. Tam. Onde, tam. *Ondi, tamo.*

Ibi, ibidem. *Ottan, ugyan ott.* Da, eben, an dem Orte, eben daselbst. Ta, tam, ná tom Miste, Onde. onde. *Ondi, onde.*

Alibi. *Máshol, másutt.* Anderswo. Ginde, ginudi. Drugde. *Drugdi.*

Alicubi. *Valahol*, *valahol ott.* Irgendwo. Nekde. Negdo. *Igdi.*

Ubiubi, ubilibet, ubivis, ubicunque. *Akárhol.* Wo es auch sei, allenthalben. Kdečkolwek. Gdegoder. *Gdigod v. gdigdi.*

Nullibi, nuspiam. *Sehol.* Nirgend. Nikde. Nigder. *Nigdi.*

Ubique. *Mindenütt.* Ueberall. Wšade. Vszigder. *Svagdi.*

Utrobique. *Mind két helyen.* An beiden Orten. Z obuch Strán. Na jednom y drugom meztu. *Na obadve strane.*

Utrinque. *Mind kétfelől.* Zu beiden Seiten. Na obuch Stranách. Z obodveh ztran. *S obadve strane.*

Intus. *Belől.* Darinnen. Tam, wnitr. Nutri. *U nutra.*

Foris, extus. *Kivül.* Draussen. Wenku, zewnitr. Zvuna. *Na dvoru.*

Longe, peregre. *Messze, távúl.* Lang, weit über Feld. Daleko, pres pole. Dalko. *Daleko.*

Prope. *Közel.* Nahe, bei. Blizko. Blizu. *Blizu.*

Juxta. *Mellette.* Daneben. Podle. Polek. *Pokraj.*

Superne. *Felül.* Oberhalb, oberwärts. Z Huri, z Wrchu. Zgora. *Ozgor.*

Inferne. *Alól.* Von unten auf. Zdole, ze spodku. Zdola, *Ozdol.*

II. A LOCO, ad *Quaestionem* UNDE? *Honnét, honnan?* Woher? Odkud. Odkuda. *Odkud.*

Hinc. *Innét.* Von hinnen, von hier. Odtud. Odovud. *Odovuda.*

Isthinc, illinc. *Amonnét, amonnan.* Von dannen. Odtud, od onud. Odovud. *Odovuda.*

Inde, indidem. *Innét, onnan, ugyan onnan.* Von dannen, ebenda. Rowne odtud. Odonud. *Odonuda.*

Alicunde. *Valahonnan.* Anderst woher. Od nekud. Od drugud. *Od kudgod.*

Undeunde, undecunque, undelibet, undevis. *Akár honnét akár honnan.* Allenthalben bei, woher du willst. Odkudkoliw, todkudkoliw chceš, aneb se lib-- Od kudgoder. *Od kudamudrago.*

Eminus. *Messziről*, *távulról*. Von ferne, von weiten. Z daleka. Iz dalka. *Iz daleka.*

Cominus. *Közelről*. In der Nähe, aus der Nähe, vom Nahem. Zblizka. Iz bliza. *iz bliza.*

III. Ad LOCUM, ad *Quaestionem* QUO? *Hová?* Wohin? Kam? Kamo v. kuda. *Kam.*

Huc. *Ide.* Hieher. Sem. Szim. *Ovamo.*

Isthuc, illic. *Oda*, *imide*, *amoda*. Da, dorthin, dahin Tam. Szim, tam. *Onamo*, *tamo.*

Eo, eodem. *Ugyan oda.* Dahin, ebendaselbst. Tam, w tom Spusobu. Tam, vu to izto. *Tamo*, *onamo.*

Quopiam. *Valahová.* Wohin. Nekam, nekde. Nekam. *Kamo.*

Quoquo, quovis, qualibet. *Akár hová.* Wohin du willst, allenthalben. Kdekolwek, kam chceš. Kamgoder, kam hochesh. *Kudagod*, *kudamudrago.*

Quoversus. *Melly felé*, *melly tájra.* Wozu. Kam. Kam. *Kamo.*

Horsum. *Ide felé.* Hieherwärts, herzu, auf diese Seite. Sem, tadeto, na tuto Stranu. Szim, na tu ztran. *Amo.*

Istrorsum, illorsum. *Oda felé*, *ez felé*, *arra felé.* Dahinwärts, dorthinwärts. Na tuto Stranu, tam. Na onu ztranu, na onu ztran. *Na ovu stranu*, *na onu stranu.*

Aliorsum. *Más felé.* Anders wohin. Nekam ginam. Nekam drugam. *Nikuda ná drugu stranu.*

Nullorsum. *Sehová.* Nirgendshin. Nikam. Nikam. *Nikuda.*

Dextrorsum. *Jobb felé*, *tőled*, vagy *tűled.* Zur rechten. Na prawu. Na desznu. *Na desno.*

Laevorsum. *Bal felé*, *hozzád.* Zur linken. Na lewo. Ne levu. *Na livo.*

Extrorsum. *Ki*, *kifelé.* Hinauswärts. Po wenku. Vun. *Na dvor.*

Introrsum. *Bé*, *be*, *befelé.* Einwärts. Do, wniter. Nuter. *U nutra.*

Prorsum. *Elő*, *előbb*, *előbbre.* Gänzlich, gerade, durchaus Owsem, docela, prawo. Napervo. *Sasvim.*

Retrorsum. *Hátra*, *hátúl*, *utánna.* Hinter sich, rückwärts, Nazad, pozadu. Nazad. *Natrag*

Seorsum. *Külön, magánosan, félre.* Besonders, beiseits. Obwzlastne, na Stranu. Naszamo. *Osebi.*

IV. Per LOCUM, ad *Quaestionem* QUA? *Merre?* Wohin, wodurch? Kade. Kud. *Kuda.*

Hac. *Erre.* Hiedurch. Tade, tadeto. Ovud. *Ovuda.*

Illac, isthac. *Arra, amarra.* Dadurch. Onade, tadeto Onud, ovud. *Onuda, tuda.*

Quaqua, quaecunque. *Akár merre.* Wohin man will. Kam se chce. Kudkud, kudgoder. *Kudgod.*

Eadem, recta. *Ugyan arra, egyenesen által.* Geraden Weges. Rowne tade, zrowna. Po tom iztom, razven, ravnim. *Upravo, upravce, pravim putem.*

ADVERBIA TEMPORIS.

Alia sunt Praes. Praeter. Futuri. Infin. Temporis.

I. PRAESENTIS TEMPORIS.

Hodie. *Ma, most, miglen.* Heute. Dnes. Denesz. *Danas.*

Iam. *Már, immár.* Jetzt, schon. Guž, nini. Vre. *Vech.*

Nunc, modo. *Mostan, most, mindjárt.* Itzt, gleich. Nini, wčil. Vezda. *Sada.*

Mox. *Azonnal.* Bald, eilends. Hned skoro. Taki. *Odma.*

Statim. *Mindjárt, ottan.* Bald, alsbald. Hned skoro. Taki. *Taki.*

Adhuc. *Még, mégeddig, eddig.* Bis, jetzt. Geste, až posawad. Josche, *Josh.*

II. PRAETERITI.

Heri. *Tegnap.* Gestern. Wčera. Vchera. *Jucser.*

Pridie. *Az előtt való nap, egy nappal az előtt, tegnap.* Vorigen Tags. Pred tim Dnem. Pred jednem dnevom. *Prid jednim danem.*

Nudius tertius. *Tegnap előtt.* Vorgestern. Pred tromi Dni. Pred dvemi dnevi, pred vchera. *Prid jucser.*

Nudius quartus, quintus, etc. *Négy, öt nap előtt,* etc. Vor vier, fünf Tagen. Pred čtirmi, pred peti Dni. Pred chetiri, pet dnevi. *Prid csetiri, pet dana.*

Antea, antehac, prius. *Azelőtt, ezelőtt, előbb.* Vor der Zeit, vor diesen, viel eher. Pred Časem, pred tim prwe. Pred, predtem, pervlije. *Pred, prie toga.*

Nuper, nuperrime. *Minap, minapában, nem régen.* Kürzlich, neulich. Na dáwno, onehda. Vetomadne. *Onomadn.*

Pridem, iam pridem, iam dudum. *Régen.* Längst. Onehdi dáwno, prwedáwno. Zdavnija, vre z davnija. *Davno, vech davno, i davno.*

Quando, aliquando, olim. *Egykorban, valaha, régen* Einstens. vormals Pred. Časi nekdi, dáwno. Gdanegda, davnija. *Nigda u niko vrime, vel doba.*

III. FUTURI.

Cras. *Hólnap.* Morgen. Zegtra. Zutra. *Sutra.*

Perendie. *Hólnapután.* Uebermorgen. Pozegtri. Po zutra. *Priko sutra.*

Postridie. *Második nap, egy nappal azutánn.* Nach zwei Tagen. Na treti Den. Drugi dan. *Drugi dan.*

Propediem. *Rövid idő alatt, hamar.* In kurzem. Wkrátkem Case, skoro. Na zkorom. *Na skoro, nablizu.*

Deinceps, deinde, postea, posthac. *Azutánn, ezutánn, ennek utánna, annak utánna.* Nochmals, wiederum, darnach, nachgehends, hernachmals. Potom, potomno, budučne. Potlam, zatem. *Potlam, zatime, u napridak.*

Proxime. *Nem sokára, csak az előtt, imént.* Nächstens. Hned, potom. Na blizom. *Na skoro.*

IV. INFINITIVI.

Interdum, subinde, quandoque. *Néhanéha.* Bisweilen, dann und wann, immer. Druhi na Čas, nekdi, Časem. Negda. *Kadkad, kadshto.*

Semper. *Mindenkor.* Allzeit, stets. Wždicki. Vszigdar *Uvik.*

Nunquam. *Sohasem.* Niemals. Nikdi. Nigdar. *Nikda.*

Saepe, crebro, frequenter. *Gyakran, gyakorta.* Oft, vielmal. Často, snažne, ustawične. Guztokrat. *Csesto, mlogo puta.*

Raro, haud saepe. *Ritkán, kevésſzer.* Selten. Zridka, nečasto. Redko krat. *Ritko-malo kada, u ritko.*

Interea, interim. *Azalatt, ezalatt, azonban.* Unterdessen, indessen. Zatim, mezitim. Med temtoga. *Medgjutime.*

Quoad, donec, dum. *Még, miglen, midőn.* So lang, bis, bis daß. Dokád, dokawad, až. Doklam. *Dok.* Nondum. *Még nem.* Noch nicht. Geste ne. Josche ni. *Josh ne* Mane. *Reggel, idején, korán.* Morgen früh. Rano. V-jutro rano. *Jutrom, jutros rano.*

Vesperi, sero. *Estve, későn.* Abends, spät. Uwečer, pozde. K-vecheru, keszno. *Vecseras kasno.*

Statim, extemplo, confestim, protinus, cito, actutum, continuo. *Mindjárt, legottan, azonnal, sietve, szüntelen.* Alsbald, flugs, unverweilt, eilends, geschwind. Hned, richle, honem, skoro. Taki, frisko, nepreztancze, vszig dan, vekivecho. *Taki odma, udilj, frishko.*

Perpetuo, aeternum. *Mindenkor, örökké.* Immerdar, ewiglich. Ustawičně, wečne. Vszigdar, vekivechno. *Nepristance, udilyno.*

Diu. *Sokáig, sok ideig.* Lange Zeit. Dluho. Dugo. *Dugo.*

Interdiu. *Nappal.* Bei Tage, des Tages über. We dne. Negdar, ter negdar, med dnevom. *Kadkada.*

Aliquamdiu, aliquantisper, tantisper, paulisper, paulum, tantillum. *Egy ideig, egy kevéssé.* Etwas lang, eine kleine Zeit, so lang, ein wenig, gar wenig. Ponekud, drobet, potud, krátki Čas, drobet málo, tak malo. Nakulik chasz, za mal chasz, to tulik o malo, majuchko. *Csasom, za mali csas, jedno malo, majucko.*

Commodum. *Az órába, szinte akkor.* Zu rechter Zeit. Přiležiti. Hasznovite. *U dobro vrime.*

Opportune, tempestive. *Jókor, idein, korán.* Zeitlich, bequemlich. Prawe, prihodne. Prilichno, zagoda. *Prilicsno, zgodno.*

Adhuc. *Még, miglen, most is.* Annoch, bisjetzt. Ge̊zte, za posamad. Josche. *Josh.*

Admonitio. Haec non ea causa adscripta sunt pluribus, ut memoriae mandentur in scholis; quia tamen, post primitivorum notionem, particularum cognitio omnium linguarum Magistris brevissima habetur ad auctores intelligendos via, operam dabit Praeceptor, ut ingeniosus discipulus privato labore, et per intervalla

vel memoriter discat, vel saepius relegendo, familiares sibi reddat utcunque; vel denique horum adverbiorum, praepositionum, coniunctionum indiculum alphabetico ordine, subjectis significatis, conficiat. Quae scriptitatio memoriam valde iuvat.

De Comparatione Adverbiorum.

Quae Adverbia comparantur?

1. Orta ab adiectivis comparabilibus 1-mae, et 2-dae Declinationis mutant *us* Positivi in *e* ut: *iustus*, *iustissimus*, *iuste*, *iustissime*; Comparativi *or* in *us*; ut *iustior*, *iustius*. Ab adiectivis vero tertiae Declinationis orta, in Positivo fere in *ter* desinunt, ut; *breviter*, *acriter*, *fortiter*, *eleganter*, *audacter*, etc. In Comparativo vero et Superlativo itidem in *us*, et *e* terminantur, ut: *brevis*, *brevior*, *brevius*, *brevissime*. Nonnulla a nominibus 2-dae Declinationis profecta illud *ter* assumunt, ut: a firmus, largus, amplus, humanus, *firmiter*, *largiter*, *ampliter*, *humaniter*, etc.

2. Comparantur etiam adverbia quaedam non orta a nominibus, ut: *saepe*, *saepius*, *saepissime*; *diu*, *diutius*, *diutissime*; *pene*, *penissime*; *penitus*, *penitius*, *penitissime*; *nuper nuperrime*; *satis*, *satius*, *secus*, *secius*. Occurit etiam ab adverbio temporis (tempore) apud *Plaut. Cic. Ovidium*, *Catonem*, *temporius*, ut: modo *temporius*, modo serius. *Néha hamarébb*, *néha későbben*. Bald eher, bald später. Giž skoreg, giž neskoreg. Kadkad zaranie, Kadkad kasnie. *Negda zaraneshe*, *negda kashneshe*.

3. Huc pertinent etiam adverbia illa, quae e praepositionibus sine casu suo iunctis nonnunquam oriuntur, adverbialiterque sumta gradus comparitionum assumunt, ut ante, *anterior*; citra, *citerior*, *citimus*; extra, *exterior*, *extimus*; infra, *inferior*, *infimus*; intra, *interior*, *intimus*; post, *posterior*, *postremus*; prae, *prior primus*; prope, *propior*,

proximus; supra, *superior*, *supremus*: ultra *ulterior*, *ultimus*.

Nota 1. Quibus adiectivis in comparativo *magis*, in superlativo *maxime* praefigitur; idem fit etiam adverbiis inde profectis, e. g. *egregie*, *magis egregie*, *maxime egregie*.

Nota 2. Sunt etiam nonnulla anomala, ut: *parum*, *minus*, *minime*, et (sed diversa significatione) *minimum*; *male*, *peius*, *pessime*; *sero*, *serius*, etc. a facilis, *facile*, *faciliter*, rarius a difficilis, *difficile*, *difficulter*, et *difficiliter*; quaedam in *o*, et *e* adverbium positivi habent, ut: *certe* vel *certo*, *tute* vel *tuto* etc.

CAPUT VII.

DE INTERIECTIONE.

Quid est Interiectio?

Est pars Orationis, quae varios animi affectus indicat.

Interiectionum variae sunt formae, et significationes.

Admirantis, ut: *Papae! o! vah! o hem! hui!*
Deprehendentis aliquid ex improviso, ut: *At, sed!*
Dolentis, et ingemiscentis, ut: *Ah! heu! hei! eheu!*
Exclamantis, ut: *Proh! o!*
Eiulantis, ut: *Nefas! nefandum!*
Exclamantis, et interdum insultantis, ut: *Vah!*
Irridentis, ut: *O praeclarum custodem ovium, ut aiunt, lupum! hui! vah! hem! heia!*
Laetantis, aliquando exultantis, ut *Evax! io! evohe! iu!*
Lugentis, ut: *Hei! hoi! oha! heu!*
Praesagientis malum, vel miserentis, vel minantis ut: *Vae!*

Reiicientis cum fastidio, ut; *Apage, apagete, apage sis! phui! phy!*
Silentium indicantis, ut *St! pax; ho! au!*
Stomachantis, sive indignantis, ut: *Malum!*
Suspirantis, ut: *Ah! Ah!*
Timentis, ut: *Hei!*
Approbantis, vel laudantis ut: *Euge! eia! agedum! macte!*
Blandientis, ut: *Eia! sodes! sis! quaeso! amabo!*
Metuentis, ut: *At!*
Ridentis, ut: *Ha! ha! ha!*
Vocantis, ut: *Heus! O! eho!*
Revocantis, ut: *Eia!* Plaut. Cassin. 3. 6.
Respondentis, vel potius respondere nolentis, ut: *Hem!*

Nota. Variis his interiectionibus comici imprimis, et dialogorum scriptores ad varios animi affectus exprimendos utuntur.

CAPUT VIII.

DE CONIUNCTIONE.

Quid est Coniunctio?

Est pars orationis, qua non tantum singulae dictiones, sed integrae sententiae apte connectuntur, et ordinantur, ut: vir bonus, et doctissimus. Homo *non tantum* praestanti ingenio, *verum etiam* insigni virtute praeditus.

Cuius significationis sunt Coniunctiones?

Quaedam sunt:

1. Adversativae, ut: *Etsi, tametsi, quamquam quamvis*, etc. *Ámbár, noha.* Obgleich, wie wohl, obschon. Nechť, ačkoliwi Akoprem. *Premda vel premako.*

2 Causales, ut: *Nam, namque, siquidem, quia quoniam, enim, etenim, quod, propterea*, etc. *Mert azért.* Denn, weil, indem, daß, damit rc. Nebo poněwač, nebo gestlice. Arkajti, zato. *Jerbo, jer zato.*

3. Collectivae, sive illativae, sive rationales, ut: *Ergo, igitur, quare, quocirca, quapropter, ita-*

que. etc. *Tehát*, *az okáért*, *annak okáért.* Darum, dannenhero, warum, deßwegen, derohalben. Protož, tedi, proč. Ada, anda. *Indi*, *dakle.*

4. Copulativae, ut: *Ac*, *atque*, *et*, *que*, *etiam*, *quoque*, *item*, *cum*, *tum*, *tam*, *quam*, *nec*, *neque.* *És*, *is*, *nem csak*, *hanem*, *mint*, *mint sem*, *sem.* Und, auch, dergleichen, wie auch, sowohl, als auch, nicht nur, sondern auch, nicht, weder. A, a taki, tež, nipodob, tež, gak, tak tež, ani, aniž. Y, ter I.

5. Disiunctivae, ut: *Vel*, *ve*, *sive*, *aut*, *sed.* *Vagy*, *a' vagy*, *akár*, *de.* Entweder, oder, sondern. Neb, aneb, budto. Ali, niti. *Ili*, *ali.*

6. Exsplicativae, ut: *Quidem*, *equidem.* *Igazán*, *nyilván*, *bizonyára.* Ja, gewiß, zwar. Sice, zagiste. Ztanovito, nekajda. *Doista*, *zaisto.*

Nota. De reliquis speciebus coniunctionum in *Syntaxi ornata.*

Admonitio. Atque hactenus de Etymologia, hoc est: de singularum partium orationis discrimine, ac proprietate. Ad Magistri scholae huius praecipuas pertinebit curas, ut tirones, quemadmodum instituti Literarii Sec. II. Cap. II. praecipitur, eousque deducantur: ut primum octo partes orationis dignoscere, deinde *nomina declinare*, *et verba inflectere inprimis sciant*, *neque enim*, teste Quintiliano, *aliter ad intellectum sequentium pervenire possunt*; denique: qui sunt felicioris ingenii, verba etiam in preves, simplicesque sententias componere noverint; in brevium inprimis usum adnexa est hic *Syntaxis* continens *quatuordecim praecepta de constructione.*

QUATUORDECIM PRAECEPTA. DE CONSTRUCTIONE.

Praeceptum I.

Verbum personale finiti modi antecedit nominativum aperte, vel occulte eiusdem numeri, et personae. *Cic. Si vales, bene est; ego quidem valeo.*

Nota I. Hic nominativus verbi respondet quaestioni *Quis?* ut: *ego lego, tu rides. Praeceptor docet; nos legimus, vos scribitis, aleatores vapulant. Mens iudicat, voluntas eligit, corpus paret. Coecus non cernit, surdus non audit, mutus non loquitur. Homines, dum docent, discunt. Semper avarus eget. Animus peccat, non corpus. Tandem bona causa triumphat.*

Nota II. In Latino nominativi pronominum primae secundae, et tertiae personae, ut: *Ego, tu, ille, nos, vos, illi*, fere omittuntur, ac tacite intelliguntur, ut: *quid facis? scribo. Praeterita mutare non possumus. Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.*

Praeceptum II.

Verbum personale infiniti modi postulat ante se accusandi casum, si constructio e finito fiat per infinitum, ut: *Gaudeo te salvum redivisse. Sentimus calere ignem, nivem esse albam, dulce mel.*

Nota. Modus finitus mutatur in infinitum, post omissam coniunctionem *Quod.*

Admonitio. Caveat Praeceptor hoc loco doctrinam de omittendo *Quod* attingere, quae non ante tradenda est, quam planam, simplicemque constructionem emendate componere norint tirunculi.

Praeceptum III.

Omne Verbum personale finiti modi utrinque nominativum recipit, cum utrumque nomen ad ean-

dem rem pertinet, cuiusmodi maxime est verbum substantivum *sum*, item: *forem*, *fio*, *evado*, *existo*, *maneo*, *nascor*, *orior*; et verba passiva vocandi, ut: *appellor*, *dicor nominor*, etc. e. g. *Senectus ipsa est morbus. Parsimonia magnum est vectigal. Vita nostra est peregrinatio. Consvetudo est altera natura. Annibal Praetor factus est. Cicero celeberrimus orator evasit. Brutus exstitit vindex Romanae libertatis. Iustitia erga Deum religio dicitur; erga parentes pietas.*

Praeceptum IV.

Verbum activum post se accusandi casum postulat, ut: *Pueri ingenui amant literas.*

Nota. Hic accusativus quaestioni *quid* respondet, ut: Nosce *te ipsum.* Deus *mundum aedificavit.* Religio *Deum colit; superstitio violat. Panem et aquam* natura *desiderat.* Proba merx facile *emtorem reperit.* Nunquam *virtutem deserit* invidia. Tu sine teste *time.*

Praeceptum V.

Verbum passivum ablativum cum praepositione *a* vel *ab* postulat post se, ut: *A pueris ingenuis amantur literae.*

Nota. Hic ablativus quaestioni *a quo* respondet, ut: *A Deo* omnia *facta*, et *constituta* sunt. Commoda, quibus utimur, *a Deo*, nobis *dari*, atque *impertiri* videmus. Deforme est: quibus dignitate praestas, *ab his* virtute *superari. Laudatur ab his, culpatur ab illis.*

Praeceptum VI.

Quotiescunque duo nomina substantiva, ad eandem rem pertinentia, in oratione continuantur, casu concordant ut: *Urbs Roma. Marcus Tullius Cicero. Tulliola meae deliciae. Pompeius vir clarissimus. Aethna mons. Athenae urbs. Alexander victor* tot regum, atque populorum irae succubuit. Effodiuntur *opes, irritamenta* malorum. Multa me docuit *usus, magister egregius.* Apud *Herodotum, patrem Historiae, sunt innumerabiles fabulae.*

Praeceptum VII.

Quotiescunque duo nomina substantiva, ad res diversas pertinentia in oratione ponuntur sine coniunctione, alterum erit Genitivi casus, ut: *Liber Pompeii*, *poena peccati*.

Nota. Hic Genitivus quaestioni *cuius* respondet. Ubi in vernacula nomen e duobus compositum singulariter occurrit, attendendum est: quodnam e duobus ad quaestionem *cuius* respondeat, ut; *Pompejusnak a' könyve. A' bünnek büntetése.* Das Buch des Pompejus. Die Strafe der Sünde. Kniha Pompejowa: Pokuta Hříchu: Knyiga Pompejusha. Kashtiga greha. *Knjiga Pompeja. Pedepsa Griha.* Ut: Initium *sapientiae* est timor *Domini.* Honor est praemium *virtutis.* Somnus est imago *mortis.* Extremus *anni* mensis olim Februarius erat; nunc December. *Omnium rerum* principia parva sunt.

Praeceptum VIII.

Nomina adiectiva, pronomina, et partipia concordant cum suis substantivis in genere, numero, et casu, ut: *Contemta parva scintilla magnum saepe excitavit incendium. Corrumpunt bonos mores colloquia prava. Amicus certus in re incerta cernitur. Piscator ictu sapit.* Nescit vox *missa* reverti. *Mala* causa *silenda* est.

Nota. Si in constructione unum, vel plura substantiva occurrant, adiectivum cum eo substantivo consentiet, quod ad quaestionem *quis* respondet, ut: *Nova domus porta*, non *novae. Iuventuti innata levitas,* non *innatae.*

Praeceptum IX.

Relativum Qui, Quae, Quod, concordat cum antecedente substantivo, in genere, et numero, ut: *Accepi litteras, quae mihi missae sunt. Legi librum, quem scripsisti. Deus est, qui* omnem hunc mundum regit. *Iustitia est, quae* suum cuique distribuit. Nullum *animal quod* sanguinem habet, sine corde esse potest. Ea est iucundissima *amicitia*, *quam*

similitudo morum coniugavit. *Arbores serit agricola*, quarum fructus ipse aspiciet nunquam.

Nota. Idem intelligendum est de pronominibus *hic*, *iste*, *ille*, *ipse*, *is*, *idem*, cum relativa fiunt. g. Venit obviam *puer tuus*, *is* mihi literas dedit. Cic.

Praeceptum X.

Quodvis verbum admittit praepositionem cum suo casu, ut: *Fui in Templo. Eo in Gymnasium.* Pauci *perveniunt ad senectutem. Caesar adversus Pompeium* dimicavit. Longum iter *est per praecepta*: breve, et efficax *per exempla.* Etiam *sine Magistro* vitia discuntur. *Cantabit vacuus coram latrone* viator. E vita *discedo*, tamquam ex *hospitio*, non tanquam *e domo.*

Praeceptum XI.

Omne verbum, et multa nomina Dativum habere possunt eius rei vel personae, cui qualicunque modo aliquid acquiritur vel adimitur, seu in cuius commodum, vel incommodum aliquid fit, ut: *Tibi aras*, *tibi occas*, *tibi seris*, *tibi eidem et metes.*

Nota. Hic Dativus quaestioni cui respondet, sic: Peccare *nemini* licet. Vir bonus est is, qui prodest, *quibus* potest, nocet *nemini.* Deo probitas grata est. Non sum *uni angulo* natus; patria mea totus hic est mundus. Non tantum *corpori*, sed etiam *moribus* salubrem locum eligere debemus. Non *scholae*, sed vitae discimus.

Praeceptum XII.

Temporis continuatio in Accusativo, vel Ablativo ponitur, frequentius tamen in Accusativo, si per *quamdiu* fiat interrogatio, ut: *Troia decem annis vel annos obsessa est. Totas noctes* somniamus, Quaedam bestiolae *unum diem* vivunt. Consules Romani non longius imperium, quam *annum unum* habebant. Ager cum *multos annos* quievit, uberiores adferre fruges solet.

Cum *Ablativo*; ut: *Tredecim annis* Alexander regnavit. Imperium *Assyrii mille trecentis annis* tenuere. Sunt regiones, ubi sol sex mensibus continuis non videtur.

Si autem non per *quamdiu?* sed per *quando* fiat interrogatio, tempus ablativo casu effertur, ut: *Id superiori anno evenit.* Abeant hirundines *hibernis mensibus.* Arabes campos, montes *hyeme, et aestate* peragrant. *Qua nocte* natus est Alexander, *eadem* Dianae Ephesiae templum deflagravit. Socrates *supremo* vitae *die* multa de immortalitate animae disseruit

Nota. Excipe, si praepositio praecedat, ut: *Ant. paucos dies, post meridiem.* Annibal Italiam *per annoe sedecim* variis cladibus fatigavit. Aetnae montis per tot secula durat incendium.

Praeceptum XIII.

Cuicunque verbo addi potest Ablativus significans 1. *Pretium*, ut; *Emi librum duobus florenis.* Darius *mille talentis percussorem* Alexandri *emere* voluit. Diem, aquam, solem, lunam hoc *argento non emo.* Plurimus *auro venit* honos.

2. Vel *Instrumentum*, ut: *Scribo Calamo. Hisce oculis egomet vidi. Dente lupus, cornu taurus* petit. Naturam expellas *furca*, tamen usque redibit.

Sic: Manibus palpare. Pedibus trudere. Baculo, virga ferire. Vinculis, catenis ligare. Gladio, hasta, telis pugnare. Malleo, acu, penicillo, dolabro ictum quaerere. Reti, hamo piscari. Testudine, fidibus, organo canere.

3. Vel *Causam*, propter quam aliquid fit, ut: *Servus tuus interiit fame. Nulla re* tam *laetari* soleo, quam meorum officiorum *conscientia.* Oderunt peccare boni *virtutis amore*; oderunt peccare mali *formidine poenae. Metu* supplicii aut mortis multi vim tormentorum pertulerunt.

Nota. Aliquando Ablativus causae permutatur Accusativo cum praepositione *per* aut *propter*; ut: parere

legibus *propter* metum, Cic. i. e. metu. Saepe *per has flecti* Principis ira solet, Ovid. i. e. lachrimis.

6. Vel *Modum*, quo aliquid fit, ut: *Iniuriam tulit aequo animo.* Modum autem actionis cognoscimus per quaestionem *Quomodo?* ut: *Innocens laeto animo moritur. Lento gradu* ad vindictam sui divina *procedit ira*, tarditatemque supplicii *gravitate compensat.* Val. Max. Multi magni morbi curantur abstinentia, et *quiete.* Cels. Non modo *patienti*, sed etiam *libenti animo* religioni parebo. *Cic.*

Nota I. Quando substantivum modi in vernaculo cum praepositione *cum*, sed sine adiectivo ponitur, dicta praepositio fere in latino adhibenda est, ut: *Tuas literas cum voluptate legi.* Nec recte diceretur: *Tuas literas voluptate legi.* Sic: *cum metu dicere, cum fide, cum aequalitate facere.* Cic.

Nota II. Quod si substantivo adiectivum iungatur, praepositio *cum* vel omittitur, vel inter, aut ante substantivum, et adiectivum ponitur, ut: *Tuas literas magna voluptate*, vel *magna cum voluptate*, vel *cum magna voluptate legi.* Sic: *Bona fide dicere.* Cic. *Aequo animo mori.* Item: Pacem *incredibili celeritate* confecit. Item: Palpebrae *cum summa celeritate* clauduntur. Tibi *summo cum studio* praesto futurus sum.

Talia substantiva modi sunt pleraeque humanae affectiones, virtutes, et vitia voluntatis, et intellectus, ut: metus, timor, pavor, audacia, generositas, nausea, taedium, fastidium, stomachus, indignatio, ira, gaudium, laus, dolor, tristitia, sapientia, stultitia, astutia, humanitas, circumspectio, providentia, religio, benignitas, lenitas, caritas, fides, spes, sapientia, diligentia, studium, ineptia, petulantia, levitas, temeritas, inertia, etc.

Nota III. Si in vernaculo *cum* societatem significat, in latino expresse ponitur, ut: *cum fratre exivi.* Vagamur *cum coniugibus*, et liberis. Cic. *Cum tunica pulla* sedere solebat. Item: semper eum pedisequi *cum nummis* sequebantur. *Corn.*

Nota IV. Illud substantivum censendum est *Instrumentum*, sine quo, (aut eius simili) res fieri non potest, ut: *Baculo eum percussi.*

Contra: si absque eo fieri possit, erit ablativus societatis, et *cum* praeponendum erit, ut: *cum baculo exivi, cum pallio ad me venit.* Etsi non desint exempla praesertim apud Historicos, dum de *exercitu* loquuntur, exmissae praepositionis *cum*; sic Caes. B. C. II. 7. Ad castra Caesaris *omnibus copiis* contenderunt. Sall. Cap. 57. §. 4. Antonius *magno exercitu* sequebatur. Lib. XXXI. 56. Postero die *omnibus copiis* Consul in aciem descendit.

Praeceptum XIV.

Gerundia, supina, et participia postulant post se casum verborum, a quibus oriuntur, ut: *Scribo literas. Tempus est scribendi literas. Eo scriptum literas. Sum scripturus literas. Studendum est literis. Utendum tempore. Pietati summa tribuenda laus.* Annibal *patriam defensum* revocatus est. Fuere cives, qui *se, remque publicam perditum* irent. *Legis divinae parens* nunquam committet, ut alienum appetat; et id quod alteri detraxerit, sibi assumat. *Visu carentem* magna pars veri latet.

A p p e n d i x.

I. *De Nominibus Locorum.*

1. Ad quaestionem *Ubi?* nomina propria pagorum, castellorum, urbium primae, et secundae declinationis ponuntur in genitivo, ut: *Fui Romae, Brundusii, Budae. Alexandriae* celeberrima olim Bibliotheca fuit. *Tusculi* ante, quam *Romae*, sumta sunt arma. *Tyri* olim maxime mercatus florebat, et hodie *Amstelodami* et *Londini.*

2. Si vero tertiae declinationis, vel numeri pluralis fuerint, in Ablativo, ut: *Moratur Neapoli, Athenis, Carthagine. Babilone* Alexander mortuus est. *Lacedaemone*, fuit honestissimum domicilium

senectutis. *Athenis* iam diu doctrina interiit. Paulus Apostolus *Romae*, *Corinthi*, *Ephesi*, *Troade*, *Athenis*, *Philippis*, aliisque locis compluribus Evangelium praedicavit.

3) Ad questionem *Unde*? sequitur Ablativus, ut: *Rediit Tyrnavia*, *Graecio*, *Neapoli*, *Athenis*, Paulus epistolas scripsit *Roma*, *Corintho*, *Philipis*, *Athenis*, *Laodicea*, *Nicopoli*. Qui Venetiis Neapolim proficiscitur, Appenninos montes transcendit. Qui *Hamburgo* Londinum navigat, mare germanicum traiicit.

4) Ad quaestionem *Quo?* sequitur Accusativus, ut: *Profectus est Tyrnaviam*, *Graecium*, *Neapolim*, *Carthaginem*, *Athenas*, *Parisios*. Paulus Apostolus epistolas misit *Romam*. *Corinthum*, *Ephesum*, *Philippos*, *Coloseas*, *Thessalonicam*. Multae nationes quondam *Delphos* ad Appollinis Oraculum profectae sunt.

II *De Infinitivis.*

Quando duo verba iunguntur absque coniunctione, alterum in *infinitivo* ponitur. Verba illa, quibus infinita adduntur, Grammatici vocant *servilia*, suntque: *soleo*, *incipio*, *debeo*, *coepi*, *desino*, *possum*, *queo*, *nequeo* etc. Infinitivo etiam iunguntur verba, quibus voluntatis prosecutio significatur, ut: *volo*, *malo*, *cupio*, *aveo*, *appeto*, *exopto*, etc. Contraria: *nolo*, *recuso*, *respuo*, etc. Verba conandi, ut: *conor*, *nitor*, et his multa similia, e. g. qui *mentiri solet*, *peierare consuevit*. Maximi *debemus aestimare* conscientiam. Mors propter brevitatem vitae nunquam longe *potest abesse*. *Intueri* solem adversum *nequimus*. Graeciae civitates dum *imperare* singulae *cupiunt*, imperium omnes perdiderunt. Improbus est homo, qui beneficium *scit sumere*, *et reddere nescit*. Qui e nuce nucleum *esse vult*, frangit nucem. Ferre laborem, consuetudo docet.

Reliquae observationes de Infinitivo occurrunt in Syntaxi ulteriore.

III. *De Interrogativis.*

Interrogativa post verba *sensuum*, ut: *audio*, *video*, *scio*, *nescio*, *intelligo*, *credo*, *experior*, etc. et verba *dicendi*, ac *significandi*, ut: *dico*, *perhibeo*, *adfirmo*, *nego*, *testor*, *ostendo*, *demonstro*, *declaro*, *innuo*, *dubito* etc. posita, appellantur Infinita; e. g. Multae gentes non *sciunt*, *cur* luna *deficiat*, *quare obumbretur*. *Incertum est*, quo te loco mors *exspectat*. Non *video*, *quomodo* sedari *possint* mala praesentia, et praeteritae voluptates.

Saepius etiam *Interrogativis* verba *intelligendi*, aut alia eiusdem significationis subiunguntur, ut: Pecunia, honores, forma, valetudo, *quamdiu affutura sint*, certum sciri nullo modo potest. *Qualis sit* animus, ipse animus *nescit*. *Quid* quaeque nox, aut dies *ferat*, *incertum est*.

Monitum.

Nulla fere Grammaticae latinae regula est, in quam apud nationes Europae omnes, nec a pueris solum, sed et viris, quin in editis libris crebrius, turpiusque peccaretur; quare omni studio elaborandum: ut in ipsis initiis; a familiari adeo, foedoque soloecismo cavere assuescant tirones. Ad id obtinendum permulta commenti sunt Paedagogorum nonnulli, et diffusa nimium, et puerorum captui parum commensa. Horum loco antiquam regulam unicam facilem, et sine exceptione generalem tradam, paucis de nominibus, et adverbiis agemus.

Nota. Praeter nomina interrogativa, esse et adverbia nonnulla, quorum eadem est cum nominibus ratio.

Nomina Interrogativa.

Quis; vel qui?	Quotus?	Cuius?
Quisnam?	Qualis?	Uter?
Quantus?	Quotuplex?	Cuius, a, um

Adverbia Interrogativa.

Cur?	Ubi?	Quo pacto?
Quamobrem?	Unde?	Quemadmodum?

Quapropter?	Quomodo?	Quot?
Qua de causa?	Qua?	Quoties?
Quam?	Qui?	Quantum?
Quo?	Ubi? *pro* quomodo?	Quorsum?
Quamdiu?	Qualibet?	Quousque?

Nota II. Esse ex his interrogativis nominibus, et adverbiis quaepiam, quibus sua redditiva respondent *ut in sequente tabula apparet.*

Interrog.	*Redditiva.*	*Interrog.*	*Redditiva.*
Quis?	Hic, iste, etc.	Quam?	Tam.
Quantus?	Tantus.	Quo?	Eo.
Qualis?	Talis.	Quamdiu?	Tamdiu.
Uter?	Hic, ille, etc.	Quando?	Tunc.
Quomodo?	Sic, ita.	Ubi?	Ibi.
Quot?	Tot.	Unde?	Inde, etc.
Quoties?	Toties.	Quorsum?	Illorsum, etc.
Quantum?	Tantum.	Qua?	Hac, etc.

Observandum tamen, saepe redditivum non poni aperte, sed tantum tacite intelligi, ut: *quando exivi, incepit pluere*, subintellige *tunc. Narrabo tibi, quod subintellige id.*

Nota III. Haec interrogativa non semper actu interrogare, sed tunc tantum, cum interrogationis signo ? notantur.

REGULA GENERALIS.

Quotiescunque in constructione occurrit interrogativum nomen, vel adverbium, post se coniunctivum petit: nisi vel eius redditivum praecedat, aut sequatur, vel actu interroget.

Exempla. Vide, cui fidas. Perpende, quid tibi utilius sit. Non capis quam male egeris? Coniicere pronum est, quod se abdiderit. Divinabo, ubi morietur. Existima, quibus tum animis fuerit. Putavi, quantum nummorum expenderim. Nunc sentio, quam desidiosus fuerit. Vix numerum inibis, quoties mentitus fueris. Omnes intelligunt, quo tua consilia tendant. Nondum constat, quot hostes occiderint. Narrato, ut porro res gesta sit. Ex-

periaris, quanta sit docilitate. Edic, cur huic socio praecipue te adiungas. Quamdiu exspectavit, ignoro. Disputant, cuius sit hoc monile. Suboluit mihi, unde id malum proferendum sit. Nescio, quotam horam sonuerit, etc.

Interrogativa cum Redditivis sine Coniunctivo.

Ubi ego sum, ibi et meus minister erit. Quoties te video, toties mihi risus oboritur. Qua tu is, ea dudum ivi. Quamdiu concionatus est, tamdiu diligenter attendi. Ut laboratur, ita merces praebetur. Quantum praecedes, tantum sequar. Uter de vobis vicerit, huic me addam. Tot aureos dabo, quot necesse habebis.

Interrogativa actu interrogantia sine Coniunctivo.

Quid quaeso, huc te adduxit? Adam *ubi es*? *Ubi* conveniemus? *Quot* numeras condiscipulos? *Quae* amiticia esse potest inter ingratos? *Quid interest* inter periurum, et mendacem? *Quid faciet* is homo in tenebris, qui nihil timet, nisi testem, et iudicem? *Quid ago?* cur me excrucio? *cur me macero?*

Admonitio. Praemissa hac tam necessaria praeparatione, ut sine hac de tot humaniorum literarum, quae his fundamentis inaedificatur, veluti fabrica, parum boni speraveris, ad *Analysim* seu resolutionem, et *synthesim*, seu compositionem exercitiorum progrediendum est. Prior exterarum quarumpiam scholarum Moderatoribus tanti momenti esse videtur, ut sola analytica *auctorum classicorum* explicatione totam linguae latinae disciplinam contineri existiment, et ne thematum quidem scriptione divexari velint discipulos; aliud vera experientia, optima rerum magistra docet: hanc nempe *resolvendi*, seu singula in oratione occurrentia vocabula ad leges Grammaticae revocandi rationem cum altera *componendi* methodo ita coniungendum esse, ut alteri sit adiumento. Analysis tam Etymologicae, quam Syntheticae exemplum vide in Fabula 1. *De Gallina, et Pullis.*

In hunc modum ad cetera progrediendum.

DE
METHODO SYNTHETICA,
seu
Ratione facili rudimenta exercitiorum componendi.

Quae tironi ante compositionem argumenti observanda?

1. Ante omnia curet tiro, ut dictum vernaculum thema rite intelligat; nec sufficit significata solum scribere, sed verbis coniugationem, ut: *as*, *are*, *es*, *ere*, etc. Praeteritum item, et Supinum, ut: *avi*, *atum*. etc. Substantivis Genitivum: *is*, *inis*, *us*, etc. Genus, ut: *hic*, *haec*, *hoc*, etc. Adiectivis declinationem, ut: *us*, *a*, *um*, vel *is*, *e*, etc. adscribere.

2. Quando a quopiam argumentum vernaculum clare praelegitur, diligenter attendat: si quid dubitat, Magistrum interroget; quin ante componendum iterum relegat, conetur sensum intelligere, quin obiter dispiciat. Verbum ad quem nominativum; adiectivum ad quod substantivum referatur.

3. Ante compositionem gratiam S. Spiritus brevi oratiuncula imploret.

Quid in componendo observandum?

Generatim summam attentionem adhibeat, cogitationes collectas habere studeat: cum nemine confabuletur, non oculos huc illuc volvat, sed chartae affixos teneat; non frustra librum pervolvat, nec praecipite, nec calamum, unguesve rodendo in una constructione tamdiu se detineat, ut ad reliquas tempus angustius fiat; verbo: ea cura, fervore, studio quodlibet thema correcte, et strenue elaboret, velut ex eo omnis ipsius salus, fortunae omnes penderent.

Deinde attendendum est: ut declinabiles partes orationis, nempe I. Verbum. II. Nomen substantivum et adiectivum secundum quatuordecim praeceptorum normam struat. Itaque;

a) *In verbis quaeres ex te ipso:*

Cuius	Coniugátionis? Vocis? Temporis?	*Cuius*	Modi? Personae? Numeri?

In certis temporibus item cuius generis? et quale sit Praeteritum, et Supinum?

b) *In Substantivis.*		c) *In Adiectivis.*	
Cuius	Declinationis? Casus? Numeri? Generis?	*Cuius*	Declinationis? Casus? Numeri? Generis? Gradus?

Inde intelliges, velim, quanta attentione sit opus, cum in uno loco sex vel octo errores, in uno nomine quinque admitti possint. Certe e centum soloecismis fere plus, quam dimidium, non tam defectu scientiae, quam attentionis irrepit, ut adeo ad hanc a tironibus impetrandam, omni industriarum genere utendum sit Praeceptori.

Dicatur e. g. haec constructio: *A' gyermekek különös figyelmetesség nélkül sok hibával fogják az ő írásaikat betölteni.* Die Knaben werden ohne einer besonderen Aufmerksamkeit ihre Schriften mit vielen Felern anfüllen. Chlápcí bez obwzláštního Pozorowáni swoge Pisma mnohimi Chibámi naplna. Dechaky, prez oszebujno bazlyivosti svoja piszma z-vnogemi falingami napunili budu. *Dica brez osobitoga pazenja svoja pisma smlogima falingama napunili budu. Pueri sine singulari attentione sua themata multis erroribus implebunt.*

1. Quaere nominativum per quaestionem *Quis?* et verbum. *Ki tölti bé?* Wer wird anfüllen? Kdo naplni? Gdo napunili bude? *Tko napunio bude?* Quis implebit? *A' gyermekek.* Die Knaben. Chlapci. Dechaki. *Dica.* Pueri.

Pueri cuius declinationis? Habet Genitivum in i, secundae. Cuius numeri? Sunt plures, pluralis. Cuius personae? Tertiae. Cuius generis? Masculini,

et uti *Dominus* in Nominativo Plurali habet Domini, ita etiam Pueri.

2. Habito nominativo, ut rite struas verbum, quaere: *Impleo* cuius coniugationis? est secundae, quia exit in *es*, et *ere* longum. Cuius vocis? quia nominativus agit aliquid, est *Activae*. Cuius temporis, *Futuri*. Cuius personae? *Tertiae*. Cuius numeri? ut nominativus *pluralis*, docebo, docebunt, ita implebunt.

3. Habito nominativo, et verbo ad casum verbi progredieris, et quaeres: *Quid implebunt pueri? Az ő irásaikat.* Ihre Schriften. Swoge Pisma. Kai napunili budu. Piszma svoja. *Shto budu napunili? Pisma svoja. Sua themata.* Quaeres: themata cujus casus? Ad quaestionem Quid? Accusativi. Cuius declinationis? Genitivus in is, tertiae. Cuius numeri? Significat plura, *pluralis*. Cuius generis? *Neutrius*. Tempus in Accusativo plurali tempora, *themata*. Adiectivum *suus* cuius declinationis? Est *secundae*. Cuius casus, generis, numeri? Secudum Praeceptum octavum consentit cum suo substantivo themata; *Accusat. Neutrius.* Pluralis.

In hunc modum ad cetera progrediendum.

LECTIONES
LATINAE
VARIORUM THEMATUM
PARTIM
DELECTANDIS,
EXCOLENDISQUE PUERORUM
INGENIIS
ACCOMMODATAE,
PARTIM
EXERCITATIONIBUS ANALYTICIS
FACIENDIS PERIDONEAE.

I.

Fabulae aliquot selectae Aesopicae.

II.

Sententiae morales e praestantissimis veterum Auctorum libris collectae.

III.

Dialogi nonnulli familiares.

1849.

Longum iter est per praecepta, breve, et efficax per exempla.

Sen Ep. 6.

FABULAE AESOPICAE SELECTIORES

Plano, ac simplici dicendi genere, illatis item plerisque primitivis latinis, ad eorum puerorum captum accommodatae, qui 1-mam Grammaticam frequentant.

Qua die tirunculi nomina declinare, verba coniugare satis docti; vernaculum thema ad 14. praeceptorum normam struere coeperint: eadem auctoris cuiuspiam praelegendi initium faciendum, seu constructa iam, et composita oratio latina in vernaculum resolvenda erit; nec longa illa via per praecepta ineunda ante, quam simul breviore hac per exempla, atque adeo simul synthetica (compositoria) simul analytica, (resolutoria) docendi methodo ducatur.

Vetustissimis Praeceptoribus, Aesopi fabulis a Phaedro Senario carmine conscriptis, nullus auctor visus est aptior, cum ob purissimae latinitatis candorem, tum ut hac esca capta puerilis levitas, et legentem audiret, et legeret ipsa libentius. Idcirco selectiores nonnullae Phaedri fabulae Institutionum Gramaticarum Parti II. adnexae sunt.

In subiectis autem hoc loco fabellis de metro in solutum traductis, duo inprimis observata sunt: primum, ut iisdem primitiva latina vocabula, ut in radicum libello exstant, illigarentur; nimirum: ut pueri eadem opera duplicato fructu simul grammaticam structuram simul latinarum vocum rationes, velut aliud agendo, condiscerent, quod tanto certius consequentur, si occurrentes in scholastica praelectione radices scriptionis thaemati immiscuerit Magister. Alterum: ut plano, et simplici dicendi genere, quod nimirum puerorum pri-

mam Grammatices scholam frequentantium captum non excederet, concinnarentur.

Fabula I. *Gallina, et Pulli.*

Gallina, multorum pullorum solicita mater, gerebat magnam curam, ne forte milvus unum vel alterum, hinc inde errantem, vi aut dolo caperet.

Monet itaque singulos: ut sine mora sub ipsius alas festinent, quamprimum celerem illum trucem hostem omnium avium, eminus volantem, cernerent.

Pulli longo tempore paruere: illico sub matris plumis se abdentes, cum vocantem audirent.

Subinde quispiam nimium sibi fidens, et adhuc aliqua humi iacentia grana edendi avidus, aliquanto diutius restitit; qui statim a milvo prehensus, unguibus firmiter tentus, et, ut diu quaesita praeda; voratus est.

Doctrina.

Filii, qui excusso froeno obedientiae, minas suorum aliquid hortantium, mandantium, vel vetantium parentum temnere non verentur, fere brevis aevi sunt, et a Deo certas poenas timendas habent.

Admonitio. Duplicem esse praecepta linguae latinae docendi rationem, iam supra innuimus: alteram per *synthesim*, de qua ibidem actum; alteram per *analysim*, cum partes orationis iam compositae, et constructae in suas regulas resolvuntur, de qua paucis hoc loco. Ea est puerorum levitas, incogitantia, dissipatio, alio oculis, animoque evagantium, nec, quae audiunt, audientium: ut totus auctoris in scholis interpretandi labor minimum sit fructum relaturus, nisi excitandae attentionis alias aliasque identidem industrias excogitet Magister. Plurimum ad hoc conferet *methodus analytica*: 1-*mo* semestri lentissime procedat, et singula, quae potest enucleate explicet, id est: puerum quodammodo induat, vel nutriculam agat potius, omniaque velut praemansa pupis in os augustum ingerat. Una periodus rite explanata, et a pueris plene intellecta

plus loci adfert, ac multae leviter, ac propere decursae. Plurimum vero ad conservandam attentionem faciet, si ante explanationem auctoris admoneantur omnes: quid explicatum fuerit, certissime rediturum in argumento synthetico; nec id sine multis erroribus compositum iri ab eo, qui ad explicationem rite animum non adverterit; deinde si inter explicandum identidem, hunc, illumve roget, quidnam nunc dictum? quae sit huius vocis, vel phrasis notio? etc. Qui pusio omnes hic subiectas fabulas perfecte intellexerit, nec is ad alios deinceps praelegendos in schola auctores facile intelligendos egregie praeparatus fuerit. *A teneris asuescere multum est.* In explicandis porro his fabellis, ut deinceps in excerptis auctorum classicorum locis tria observanda sunt:

1-*mo* *Paraphrasis* vernacula, qua totus textus explicandi sensum per varias circumlocutiones inculcetur tamdiu, dum plene intelligant, ac interrogati summam e. g. fabulae, aut epistolae etc. suis verbis enarrare possint.

2-*do* *Linguis vernaculis* singularum vocum notio seu significatio exponatur.

3-*tio* *Analysis* Etymologica, et Synthetica. Non longo usu, et experientia probatis, sed novitiis, et inexpertis Docentibus hic utriusque subiicio exemplum.

I Analysis Etymologica.

Gallina. Tyuk. Die Henne. Slepka. Kakosh ali kvocska. *Kakósh* illiti *kvocska.* Est nomen substantivum I. decl. quia genit. habet in *ae*, in numero singulari, in nom. casu.

Quaeri hic potest: quale nomen est gallina? quale substantivum etc.

Multorum venit ab adiectivo, comparatione anomala, trium terminationum, *multus*, *a*, *um.* Sok. Viel. Mnohi. Vnogeh. *Mlogiuh,* est in Genitivo plurali.

Quaere: quid adiectivum? quotuplex? quid de comparatione anomalorum?

Pullorum, est nomen substantivum, venit a *pullus*, *i*, fiacskája akármi baromnak? dicitur: pullus *equinus*, *asininus*, *columbinus*, hic significat csirke, tyúkfi. Ein junges Thier, Hühnlein. Mladi Plod každého.

ziwotžička, mladé Kurátko. Pitchenaz. *Pilicsah.* Est secundae declinationis, quia genitivus exit in i, plur. num. generis masc. quia habet articulum hic (Expositis regulis de generibus nominum) per regulam: *Nomen in us mas est*, etc.

Solicita venit a *solicitus, a, um.* Szorgalmatos, sorgfältig, starostliwi, pečliwi. Zkerblyiva. *Brižlyiva.* Est nomen adiectivum, quia proprietatem rei alicuius significat, et in oratione esse non potest sine substantivo, aperte, vel occulte posito, trium terminationum; declinatur, ut: *bonus, a, um.* Est in genere feminino, in nominativo casu.

Mater. Anya. Mutter. Matka. Mati. *Mati.* Est nomen substantivum, tertiae declinationis, quia in genit. exit in *is;* nomin. casus, numeri singularis, generis feminini, quia habet articulum *haec;* vel (post absolutas de generibus nominum regulas) per regulam: *Femineum dices* etc.

Gerebat venit a *gero, is, ere, gessi, gestum.* Viselek, hordozok. Ich trage. Nosim. Noszilaje. *Imadiashe.* Est verbum, quia aliquid agere, aut pati significat, et habet modos, et tempora, nec casus recipit. Est verbum activum, quia desinit in *o*, et actionem in aliud transeuntem significat, passivumque format in *or*, *geror*, 3-*tiae* coniug. quia 2. pers. modi indic. tempor. praes. numeri singul. desinit in *is*, infinit. in *ere*, ut: *gero, is, ere;* coniugatur, ut lego. Est in modo indicat. quia directe aliquid esse, aut non esse indicat. In praet. imperfect. num. singul. 3. person. etc.

Magnam, est nomen adiect. venit a magnus, a, um. Nagy, groß, welki, veliku, *veliku*, comparatione anomal. in reliquis *analys.* ut solicitus, etc.

Curam a cura, ae, Gond. Die Sorge. Starost, peč, Pilnost. Zkerb. Briga. etc. *analys.* ut in *gallina*, et *pullus.*

Gallina est in nominat. casu, quia respondet interrogationi *quis? quis gerebat magnam curam?* Gallina, in numero sing. quia de una tantum gallina sermo est, etc.

Multorum est in genere masculino, numero plur. genit casu, quia per *Praec. VIII.* debet cum suo substantivo *pullorum* in genere, numero, et casu concordare.

Pullorum est in genitivo plurali, ad interrogationem *cuius?* cuius fuit gallina solicita mater? ℞. Pullorum, per *Praecept. VII.* quia hic sunt duo nomina substantiva, ad res diversas pertinentia, gallina mater, et pullus, etc.

Solicita est adiectivum in genere feminino, numero singulari, nominativo casu, quia per *Praecep. VIII.* debet cum suo substantivo *mater* in tribus his accidentibus cohaerere, etc.

Mater est in nominativo casu per *Praeceptum VI.* quia hic sunt duo nomina substantiva, ad eandem rem pertinentia: *gallina* et *mater;* ac proinde casu concordare debent.

Gerebat est verbum in numero singulari, in tertia persona, quia etiam nominativus illius, qui respondet quaestioni *quis?* quocum per *Praeceptum I.* in numero, et persona concordare debet, gallina est in numero singulari, in tertia persona.

Magnam est adiectivum, genere feminino, in numero singulari, accusativo casu; quia etiam illius substantivum, ad quod pertinet, et quocum per *Praeceptum VIII.* concordat, est in eodem genere, numero, et casu.

Curam est in Accusativo casu, numero singul. quia hic est verbum activum gero, quod per *Praecept. IV.* post se accusandi casum postulat. etc.

Atque hoc paradigma sufficiat: ad quem modulum si totius anni constantia explanationes suas continuaverit Magister, nihil dubitet, quin futurum sit, ut ex etymologica eiusmodi, et synthetica analysi, et in praeceptis linguae latinae egregie firmentur discipuli, et magnam facilitatem ad alios auctores intelligendos adlaturi sint. Molestus quidem hic labor, et taedii plenus est, at meminerit Magister in 1. Grammatica tantum situm esse, ut discipulorum fortunae in omnem aetatem hinc pendeant; cum certissimum, longaque experientia probatum sit, quales ex 1-*ma* Latina Schola prodiverint,

tales in Syntaxi, Rhetorica, Poëtica, et toto studiorum cursu futurus. Sane, si in hac schola socordia vel imperitia Magistri iuventus negligeretur, non minus ille peccaret, atque architectus, qui designato, sibique locato grandi aedificio, fundamentum iaceret solo mobili, fragili, ac ruinae obnoxium.

Fabula II. *Vulpes et Larva.*

Vulpes subit officinam, ubi variae merces, ut e ligno sculptae, cera fictae: partim pictae imagines visendae erant, a Magistro velut ad nundinas paratae monstrabantur.

Venustam larvam in manus sumsit vulpes, heu quam pulchra, quam polita, quam sine mendo facies! inquiens.

Postquam autem eam vertit, et vacuam esse sentit: non placet mihi, ait, cerebrum non habet.

D o c t r i n a.

Tali personae pares censendi sunt adolescentes, qui blanda forma, mundi, comti, auro, et argento nitentibus vestibus ornati; sed simul meri stipites, hebetes, rudes, vani; lascivis, et malis moribus maculati, intra tam turpes, quam extra formosi sunt.

Fabula III. *Partus Montium.*

Fama erat: quod quidam iam alte tumentes montes proxime parituri essent. Aliqui putabant iocum vel fraudem esse; nonnulli in dubium trahebant. Ali credebant, mirabantur, et gaudebant, quod rem tam novam visuri essent.

Frequens populus scandit montes, cumque se turba stiparet, alter alterum ad latus trudit, quisque prior esse avet.

Omnes exspectant silentes, quid monstri a tali puerpera gignendum sit. Tandem pandit se cavus mons, et parvus musculus prosilit. Tum omnes clare risere.

Doctrina.

Multi gloriosi Thrasones magnifica de se promissa vomunt: re ipsa autem vix laude dignum aliquid efficiunt; de quibus bene dicitur: *Parturiunt montes nascetur ridiculus mus.*

Fabula IV. *Asinus in pelle Leonis.*

Fugitivus asinus reperit forte in silva pellem leonis, qua velatus simulat furere se, fremere, mera bella, lites, rixas spirat.

Rustici, qui rugientem audiebant, pallent prae pavore, in vicos se condunt; ipsae tigrides, ursi et lupi anguntur, titubant metu; nedum ut cuiquam animus veniret cum fortissima belluarum luctandi.

Equi, boves, arietes trementes, et tacentes in caulis suis latent, se nec movere, nec caput levare ausi.

Postquam in hunc modum diu per pascua grassatus, et dominatus est asinus, venit tandem herus, qui iam diu indagaverat. Tum ille horrende rugire coepit, ut illum quoque falleret.

Herus vero: fuco me non capies, nosco te, mi aselle. Illae e leonina pelle exstantes aures testes sunt, quis leo sis.

Simul laqueum promit, calcibus repugnantem arcte ligat, stringitque, lumbos flagro e loris plexo ungit insigniter: pungit stimulis, si tardius graderetur; et probe verberatum, plexumque domum pellit.

Doctrina.

Ne te pro alio vendideris, quam sis: nec pro divite, docto, claris natalibus orto, si pauper, literarum parum peritus, et plebeius fueris. Talem simulationem nemo probat, omnes odere.

Fabula V. *Piscatores.*

Lucro intenti piscatores sua e lino texta, lata, et laxa retia parum prospera fortuna in mare iecerant; remos itidem suos iuncta opera a primo sole ad creperam lucem naviter urserant.

Verum, seu venti flaverint vehementius, seu dies e vaporibus nebularum fuerit obscurior, nihil omnino cepere. Omnes pudebat, taedebatque irriti laboris, iamque vacuis manibus moerentes, ac retia sua humeris portantes redire parabant.

En autem! praegrandis piscis, hostem suum sequentem fugiens, impetu in ipsorum navem salit. Hoc tam ubere, et praeter opinionem oblato suorum laborum foenore mire laetantes, ac se solantes, festos inter cantus, domum redeunt; praedamque magno praetio in foro vendunt.

Doctrina.

Saepe negotia nostra malo omine, et successu coepta cum maxime desperamus, felicissima fiunt.

Fabula VI. *Mus urbanus, et rusticus.*

Mus urbanus rus ambulat, invitatur a mure rustico; comparet, ac sorbillat aliquid, signa dans: tam viles dapes ad suum stomachum non esse.

Ducit nihilominus honoris causa hunc suum hopitem in urbem, ad cauponis domum, ubi ipse habitabat.

Dulcia bellaria, ab ipso furunculo dudum compilata, lingenda aponit: uti et lac ad bibendum, sitimque exstinguendam; suadet denique, ut secum in urbe maneat.

Interim crepit cista, ubi sera clausi prandebant; quidam per rimam explorat, quid intus streperet. Hic mus rusticus prae metu sudare, et caput fricare coepit.

Si quis foris sonantius mungeret, ructaret, spueret, nequit tenere sibillos: necem exspectat in momenta: rogat itaque, an talibus saepius vexetur? quotidie, inquit urbanus, sed oportet contemnere.

Rusticus contra: vale amice, ego domum redeo, ubi diram famem pati malo, quam apud vos cum tanto salutis discrimine merum mel lambere.

Herus meus a primo mane ad seram vesperam greges pascendo, hortulum fodiendo, liras aequando, agros arando, serendo, metendo, foris agit. Tum ego solus obambulo, et modico, quod venatus sum, tranquillus fruor, vale.

D o c t r i n a.

Multi sibi videntur felices, quod in magna gloria, et aliorum gratia vivant; eorum domus, ut fana, auro fulgeant, eorum coenae optime coctis, tostis, assis, pistis, liquatis compleantur; cum tamen intus lenta quadam tabe curarum misere torqueantur, premantur, et exedantur.

Fabula VII. *Anus et Ancillae.*

Quaedam iam rugis obsita mulier plures ancillas habebat, ad varia domestica opera destinatas; nempe; ut altera vestes curaret, sarciret, plicaret neret, sueret; altera ut vasa lavaret, tergeret, verreret, scruta efferret; quaepiam vaccas mulgeret, oves tonderet, et quae sunt huiusmodi.

Omnes ab hera ad galli cantum excitabantur. Illae brevis adeo somni pertaesae, consulunt inter se, et gallum secta cervice tollunt.

Hera iam ignara, quid horae sit, dormientes de media nocte surgere iubet.

D o c t r i n a.

Dum levius malum vitare studemus, saepe in gravius labimur.

Fabula VIII. *Ranae.*

Ranae, alias liber populus nescio a quo auctore instigatae nomine omninum suarum tribuum legatos mittunt in aulam summi Iovis cum litteris quibus tibi Regem dari petebant.

Jupiter legit scriptum, ridet, disuadet. Legati vehementius instant; quare annuit, et ingentem trabem e nubibus in patentes earum lacunas deiicit.

Plaudunt illae, salutant hoc coeli munus, coronam ferunt, vovent omnem fidem: propius ad no-

vum regem nare, nedum tangere, aut palpare verentur.

Postquam vero viderent, quod mutus hic, et surdus truncus nihil se moveat, contemnunt vastam ligni molem et ludibundae insultant.

Poscunt inde Regem alium, qui muniret palis limites, et defenderet, leges tueri, hostes arcere, regni terminos, verbo: regere posset.

Iupiter pressa ira fingit se flecti, et in earum vota inclinare, et nominat ciconiam ranarum Regem.

Illa circumspicit se paulum, ac eadem die magnam partem subditarum lacerat, laniat, iugulat, vivas alias glutit.

Superstites mergunt se sub calamos, et palustres herbas: lugent sortem miseram, flent, clamant, orant ab hac rabie, hac gentis suae peste, ac funere liberari.

Iupiter mixtas lacrymis preces aspernatus, nunciari iubet: mollem clementem, lenem Regem non tulistis, nunc ferus hic, et barbarus vobis ferendus est, quidquid contra garriatis.

Ranae hodiedum in male olentibus suis undis, simul ac ciconia per noctis tenebras cubitum it, miseriam suam rauco murmure, liventibus buccis, lamentari ac plorare solent.

D o c t r i n a.

Nonnunquam ardente earum rerum desiderio flagramus, quae nocebunt, quasque optasse poenitebit. Et merito ob coecas nostras preces mulctamur.

Fabula IX. *Aquila, et Scarabeus.*

Scarabeus plurimum dolebat, quod ab aquila sperneretur: repit adeo se ulturus in silvam, quaesiturus; ubi nidum struxerit.

Nititur, et penetrat in cacumen arboris, ibique posita ova volvit praeceps.

Aquila migrat in alium locum; iterum eodem astu ovis suis spoliatur.

Confugit ad summum Iovem opem flagitatum; ei namque dicata, et ad ferenda fulgentia eius arma destinata est.

Narrat gemens quod iterato damno bis ovis suis privata sit, et quod nisi foetae sibi tutum ad pariundum locum indulgeat, votis deinceps futura non sit ipsi pro more servire. Obtinet: ut proxime in suo ipsius sinu ova excludere possit.

Scarabeus veteris iniuriae nondum oblitus, evolat supra thronum Iovis, et in sinum sedentis foedas sordes dimittit, quas ille una cum ovis in humum excutit, ubi ad unum rupta fuere.

D o c t r i n a.

Pauci iuvare, nocere quivis vel pauperrimus mendicus, ac verbis saltem, et calumniis nos laedere potest.

Fabula X. *Leo, et Asinus et Lepus.*

Leo adversus volucres bellum meditans, lustrat suam in ordines divisam aciem. Ut ursus etiam asinum, et leporem inter milites vidit, hiante ore, ridens inquit: piger hic asinus galeam, et gladium gerat? belli artes discat? molae aptior est, quam castris. Ecquid autem putas firmus stabit lepus? praeliabitur? triumphos numerabit? Erras urse, reponit leo: etsi asino ad portanda onera, machinas, saxa, uti nequirem; tubicinem faciam, qui suo rugitu commilitones in pugnam ciebit.

Lepus autem, ob pedum ad currendum pernicitatem, celeris tabellarii officio fungetur.

D o c t r i n a.

Nemo tam nihil est, qui ad aliquid aptus, et usui esse non possit.

Fabula XI. *Vipera, et Lima.*

Vipera nec fumo, nec micantibus ignis scintillis, nec tundentium, nervosque omnes tendentium socio-

rum tumultu territa, in officinam, nescio quid cudentis fabri, patente porta serpserat.

Incipit limam tam valide rodere, ut liguam sauciaret, et multus *cruor* vulnere manaret.

Stulta, inquit lima, quid me mordes? cuius acies etiam durissimum *aes* terit, atque in pulverem rodit.

Doctrina.

Si mordaciorem, quam tu sis, momorderis, tibimet dentes franges. Si cum tali tricas coeperis, tibi plus probri, ac illi creabis.

Fabula XII. *Glires et Quercus.*

Quidam glires suaserant, imo iam inter se sanxerant, annosam glandiferam quercum, e qua hactenus vixerant, sternere: nempe radices tamdiu rodere, dum caderet; cum nullum ferrum ad secandum, findendum, scindendum ad manum esset.

Causam afferebant; quod nimis operosum esset toties sursum, deorsum meare; glandes in extremis frondibus pendentes carpere, quae in plano, et aequo campo commodius consumere possent.

Quispiam ex iis, qui reliquos prudentia excellere, et vulgi arbiter esse videbatur, ita ad plebem fatur:

Ecquid culpae, sceleris, criminis larga adeo arbor admisit? quid adeo de nobis bene merita peccavit, ut eam caedere velitis? Isthoc quidem nec decet, nec pium est.

Si saperetis, o cives! si vobis consulere sciretis, eam potius sepe cingeretis, et ut amplior crescat, probe custodiretis; si vetustate laberet, fulciretis; si aresceret, aliam eius loco plantaretis.

Etenim postquam ruerit, nec iam humorem e terra suxerit, quis alet nos? posteros quis nutriet? ieiunandum erit deinceps. Intellexere vera dici, et pepercere.

Doctrina.

Fabula eos iuvenes notat, qui relictas a parentibus magnas opes, per luxum paucis annis, ut voraces gurgites hauriunt, ac deinde in egestate tristem vitam agunt.

Item eos, qui cor praesentibus ita figunt, ut mente futura minime prospiciant, neque haec ad illa metiantur.

Fabula XIII. *Aethiops.*

Quispiam Aethiopem mercatur; putat eum domini, a quo emerat, incuria fusco adeo colore tinctum esse, et inquinatum.

Lavat eum itaque solicite, sale etiam perfricat, scabit ad imam cutem, ut nigrum in album mutaret,

Vehemens frictio rubrum sanguinem, non item candentem pollem elicuit. Aegro deinde, et languenti mederi oportuit. Nihilominus ater Aethiops mansit.

Doctrina.

Sunt subinde degeneres proles tam pravae, et ad certa vitia inclinantis indolis; ut nullis monitis, poenis, proemiis cedant, et ad frugem reduci queant. Vera ulcera familiarum, saepe parentum mortes.

Fabula XIV. *Formica, et Cicada.*

Erat hiemis admodum asperae medium: terra nivibus tecta squallebat; alias rapide fluentes rivi, frigore, et gelu concreti rigebant, cum formicae suum in divite penu servatum far ad solis radios siccabant.

Cicada fame torpens flagitat: ut sibi pro stipe de penu aliquid faveant, et saltem grana aliqua gustanda praebeant, spondens, quod beneficii meminisse velit.

Cui formicae: nos in aestu, et calente aestivo sole, naviter nos fatigavimus et minimum quievimus vellendis culmis, domum vehendis spicis, per agros omnes vagantes, multum sudavimus, et congessi-

mus, quae praesagiebamus, quod nobis necesse futura sint.

Tu vero soror cicada quid anni serenissimo tempore agebas? dormiebas? otiabaris?

Minime inquit: imo cecini, uti cicadae solemus, et lenibus susurris euntibus viae taedia levavi.

Tum formica ridens: aestate cecinisti, nunc hieme saltes licet, tibi nihil dabimus.

Doctrina.

Senes misere egebunt, qui florem aetatis, dum sano corpore, animo vivido valebant, nugando, ludendo, vinum potando, amando, procando parum caste pessumdedere.

Fabula XV. *Canis pluviam timens.*

Canis quidam nec verberibus, nec carnibus obiectis perpelli potuit, ut vel pedem extra domus limen poneret, quoties pluebat, vel levis etiam ros, et stillae cadebant.

Stupens, herus ait: ecquid aquam puram, et suaviter repentem formidas? nec veneno pluit, quod mortem afferret; nec glutine, quod tenellis tuis membris haereret. Madebis denique, nec aliud.

Respondit canis: nuper fervente, imo bulliente aqua foris perfusus, et misere ustus sum; non egrediar, non fido.

Doctrina.

Gravia mala experti, deinde vel umbram periculi horrent.

Fabula XVI. *Cervus, et Hinnulus.*

Hinnulus arguit suum patrem, et rogat; cur in tanto robore cornuum, tanta pedum velocitate; tamen tam meticulosus saepe a claudo, et vano pastore, a muticulo caniculo, a parvo nullius barbae puero, pileum fronte quatiente, vel lapidibus, aut pugnis minante, se fugari pateretur.

Marem, pergit ille, te praebeto Dianae sacrum cuius triumphales rotas cervi trahimus,

Verum loqueris fili, inquit senior, nodum hunc tibi solvere nequeo, nec scio, quo sinistro astro natum sit genus nostrum.

Illud certo scio: quod quoties curvum venantis cornu, vel latrantem canem audio; toties, ut si tonaret, artubus omnibus trepidem, nec pedes a fuga prohibere valeam.

Doctrina.

Natura timidi nativo timore nunquam se evolvunt; itidem quibus irae, corporis, malignitatis semina cum sanguine a matre venerunt, affectionibus eiusmodi raro se plene exuunt.

II.

SENTENTIAE MORALES.

E praestantissimis veterum auctorum libris collectae, tironibus ad interpretationem, translationem, analysim, synthesim, et exercitium memoriae, pro casibus nominum, et verborum modis, ac temporibus observandis, idoneae.

DE NOMINE

NOMINATIVUS.

Principium Deus est, et finis.
Benevolus animus maxima est cognatio.
Homo vitae commodatus, non donatus est.
Conscientia mille testes.
Imago animi, sermo est; qualis vir, talis oratio.
Labor continuus assuetudine fit levior.
Dulce etiam fugias, quod fieri amarum potest.
Aleator quanto in arte est melior, tanto est nequior.
Posteri casus providendi sunt.

Discipulus est prioris posterior dies.
Prudentia suus homini murus, et arma, et praesidium est.
Idem est otiosus, et malus civis.
Malus, bonum ubi se simulat, pessimus est.
Veteranis animi vitiis fomitem suppeditat.
Furor fit laesa saepius sapientia.
Iudex damnatur, cum nocens absolvitur.
Medicus garrulus onerosior morbo.
Patientia animi delicias occultas habet.
Imprudens peccat, quem post facti poenitet.
Cito ignominia fit superbi gloria.
Qui timet insidias omnes, in nullas incidit.
Qui se ipsum laudat, cito derisorem invenit.
Saepe oculi, et aures vulgi sunt testes mali.
Mors infanti felix, iuveni acerba, sera nimis seni.

GENITIVUS.

Parentum vita liberis est instar regulae.
Iniuriarum remedium est oblivio.
Labor bonae famae, gloriaeque pater est.
Paucorum est intelligere: quid cui det Deus.
Nequitia ipsa poena sui est.
Facilitas animi ad partem stultitiae rapit.
Mors ultima linea rerum est.
Virtutis spolia cum videt, gaudet labor.
Praecipitis iudicis comes est poenitentia.
Qui debet, limen creditoris non amat.
Male vincit is, quem poenitet victoriae.
Cito improborum laeta ad perniciem cadunt.
Et miseriarum portus est patientia.
Socius fit culpae, qui nocentem sublevat.
Spes est salutis, ubi hominem obiurgat pudor.
Nullus sapientum proditori credit.
Male geritur, quidquid geritur fortunae fide.
Loco ignominiae est apud indignum dignitas.
Geminat peccatum, quem delicti non pudet.
Est turba semper argumentum pessimi.
Et calamitas virtutis est occasio.

DATIVUS.

Soli Deo Creatori decus, et gloria.
Aurora musis amica, et apta precibus.
Regi, principi, sapientiori cedere aequum est.
Pecuniae, oportet, imperes non servias.
Infelici innocentia est felicitas.
Virtuti melius, quam fortunae creditur.
Negat sibi ipse, qui, quod difficile est, petit.
Sibi ipsi dat suplicium, quem admissi pudet.
Calamitati alienae ne insultes, timens: ne in eandem labaris.
Inopiae desunt pauca, avaritiae omnia.
Iratus unus miseris omnibus nocet.
Qui se melioribus comparat, sibi infamiam parat.
Cuivis dolori remedium est patientia.
Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter.
Non omne id tibi licet, quod tibi libet.
Potenti irasci, sibi periculum est quaerere.
Qui sibi non vivit, merito aliis est mortuus.
Praestabis amicis fidem, omnibus aequitatem.
Quis pauper est? qui dives videtur sibi.
Non novit virtus calamitati cedere.
Nil peccant oculi, si oculis animus imperet.
Nocentem qui defendit, sibi crimen parit.
Plerique, ubi aliis maledicunt, faciunt convicium sibi,
Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.
Ruborem amico excutere, amicum est perdere.
Deo parere libertas est.
Quidquid bono concedis, das partem tibi.
Praestabis parentibus pietatem, cognatis dilectionem.
Conscientiae potius, quam famae attenderis.
Bonis nocet, quisque pepercerit malis.
Animo imperat sapiens, stultus serviet.

ACCUSATIVUS.

Magnam fortunam magnus animus decet.
Arcum intensio frangit, animum remissio.
Neminem cito accusaveris, neminem cito laudaveris.
Quid est beneficium dare? imitari Deum.
Puras Deus, non plenas, aspicit manus.

Proximum ad innocentiam tenet locum verecunda peccati confessio.
Sero est in periculis consilium quaerere.
Optimum est maiorum vestigia sequi, si recte praecesserint.
Ad calamitatem quilibet rumor valet.
Omnes vitam differentes mors incerta praevenit.
Spes inopem, res avarum, mors miserum levat.
Mendacem memorem esse oportet.
Magistrum deludere insipientis est.
Fortes fortuna metuit, ignavos deprimit.
Stulti doctrinam spernunt, et manticam a tergo occulunt.
Crapulam amans a sepulcro modicum distat.
Regnum sibi adsciscit, qui concupiscentiam superat.
Morbum esse scias, non hilaritatem, semper arridere arridentibus, et ad omnium aestimationem ipsum quoque os diducere.
Stulti timent fortunam, sapientes ferunt.
Solitudinem quaerat, qui vult cum innocentibus vivere.
Semper Deum praesentem cernas, ut te in iudicio a reprobis secernat.
Thesaurum, et talentum ne abscondas in agro.
O breve delictum! perpetuum suplicium!
Irritare est calamitatem, cum te felicem vocas.
Habet in adversis auxilia, quin in secundis commoda.
Magna prudentia est, aliorum imprudentiam ferre.
Heu! quantum malorum hominibus pariunt illiciti amores!
Amicos res optimae parant, adversae probant.
Pacem cum hominibus habebis; bellum cum vitiis.
Coelestis ira quos premit, miseros facit, humana nullos.
Tutissima res est: nihil timere praeter Deum.
Suum sequitur lumen semper innocentia.

VOCATIVUS.

O vita misero longa! felici brevis!
Stulte! quid est somnus, gelidae nisi mortis imago?
O tacitum tormentum animi conscientia!
O oculi, scopuli titulo meliore vocandi!
O fons fortuna; ut nunquam perpetuo es bona!
O opinio opinio, quae mala facis in mundo!
Medice, cura te ipsum.

ABLATIVUS.

Anima valere praeoptes, quam corpore.
Ab alio exspectes, quod alteri machinaris.
Sermoni ridiculo parce, ut sale utendum est.
Quid tibi pecunia opus est, si ea uti non potes?
Nihil sapientius experientia.
Gaudet patientia duris.
In portu navigat, qui se probe novit.
Negligentia iuventus silvescit.
Qui calumniantibus facile credunt, aut improbo sunt ingenio, aut puerili.
E spe praemii solatium fit laboris.
Omnia cum Deo, et sine Deo nihil.
A perversis vituperari decorum est.
Ut populi folia vento, sic populi linguae omni rumore hinc inde moventur.
In calamitoso risus etiam iniuria est.
Gravior inimicus, qui latet sub pectore.
Sub sordida veste saepe scientia latet.
E vitio alterius sapiens emendat suum.
Ab obtrectatione auditum cohibe.
De inimico non loquaris, malum si cogites.
Ingrato homine nihil terra peius alit.
Deo dante, nihil valet invidia; Deo non dante, nihil valet.
Arbore deiecta quivis ligna colligit.
Deo favente, navigas vel vimine.
Avaro nihil est scelestius.
Ita vita est hominum, quasi cum ludas tesseris.
Feliciter sapit, qui alieno periculo sapit.
Pelle sub agnina latitat mens saepe lupina.
Quid iuvat amisso claudere septa grege
Qui deserit occasionem, deseritur ab occasione.
Pulchrum ornatum turpes mores peius caeno collinunt.
Sequitur superbos ultor saepe a tergo Deus.
Siquis ab alio iratus poenas expetit, a se exigit.
Sapiens suis fingit fortunam moribus.
Virtute abundat multa, qui alienam amat.
Vita sine literis mors est.
Virtute decet, non sanguine niti.

Omnibus in rebus adhibenda est praeparatio diligens.
Modestum esse decet, qui aliena mensa fruitur.
Humanorum casuum nullum est dulcius solamen literis.
Sub nive quod tegitur, cum nix perit, omne videtur.
Tecum habita, et noris: quam sit tibi curta supellex.
A solis occasu, non ab ortu, describe diem.
Reprehensio calumnia vacare debet.

DE PRONOMINE.

Habet *hoc* virtus, quam *tu* ne de facie quidem nosti; ut viros fortes species *eius*, et pulchritudo etiam in hoste posita delectet.
Tam deest avaro, *quod* habet, quam *quod* non habet.
Si imbecillior est, qui *te* laesit, parce *illi*; si potentior, tibi.
Ingenui est animi, *cui* multum debeas, et plurimum velle debere.
Homine imperito nunquam *quidpiam* iniustius, *qui* nisi *quod ipse* facit, nihil rectum putat.
Quos cogit metus laudare, *eosdem* reddit inimicos metus.
Qui genus iactat suum, aliena laudat.

DE VERBO.

Indicativus, et Coniunctivus Praesens.

Est profecto Deus: qui, quae nos gerimus, audit, et videt.
Ut aliquid auri extrahamus, terram pervertimus: ut summum bonum occupemus, scrutari pectus piget.
Perit voluptas. Virtus immortalis est.
Est cur paveat, quem plerique formidant.
Placeat homini, quidquid placet Deo.
Non patitur ludum fama, fides, oculus.
Nihil caute, simul et celeriter geri potest.
Fur furem cognoscit, et lupus lupum.
Quis sis, interest, non quis habearis.
Amici vitia si feras, facis tua.
Plerique famam, pauci conscientiam verentur.
Dum pastores odia exercent, lupus intrat ovile.
Homo locum ornat, non ornat hominem locus.

Viro forti quaevis terra patria est.
Conscia mens recti famae mendacia ridet.
Pauper est, cui sua non sufficiunt.
Mortalis nemo est, quem non attingat dolor.
Peccare qui non prohibet, cum possit, iubet.
Irritare est calamitatem, cum te felicem vocas.
Incogitantes sors, non consilium, regit.
Non quisquis applaudit, idem et amicus est.
Eum laborem sumas, laudem qui tibi ac fructum ferat.
Lingua mentem ne praecurrat.
Praesens est certior hora.
Sera nunquam est ad bonos mores via.

IMPERFECTUM.

Quis miserum sciret, verba nisi haberet dolor.
Cum dabas, docebas reddere.
Quietissime viverent homines, si duo verba tollerentur, scilicet: *meum*, et *tuum*.

PRAETERITUM, ET PLUSQUAMPERFECTUM.

Bene qui latuit, bene vixit.
Quod ratio nequit, saepe sanavit mora.
Artes omnes docuit necessitas.
Ea bona consuetudo excutere debet, quae mala incussit.
Saepe in magistrum scelera redierunt sua.
Beneficium dando accepit, qui digno dedit.
Levis est fortuna: cito reposcit, quod dedit.
Cavendum ab eo, qui semel imposuit.
Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.
Frustra, cum ad senectutem ventum est, repetes adolescentiam.
Fidem qui perdidit, perdere ultra nihil potest.
Tum denique omnes nostra intelligemus bona, cum quae in potestate habemus, ea amisimus.
Otium Reges simul, et beatas perdidit urbes.
Neminem eo provexit fortuna, ut non tantum illi minaretur, quantum promiserat.
Dixisse me aliquando poenitut, tacuisse nunquam.
Miseram quis amaverit vitami, quam peperit dolor? labor conservavit, mors abstulit.

Saepe ignavum fecit fortem spes, et exspectatio.
Ne Semidei quidem sine labore tranquillam vitam egere.

FUTURUM.

Qui tangit picem, inquinabitur ab ea.
Maiora perdes, minora ni servaveris.
Male vivet, quisquis nesciet mori bene.
Tunc consilia salutaria advoca, cum tibi alludet vitae prosperitas: tunc te velut in lubrico retinebis, nec tibi dabis impetus liberos, sed circumspicies, quo eundem sit, et quousque.
Ambula cum prudentibus, et calcaribus non indigebis.
Te prodet facies, turpia cum facies.
Consilio melius vinces, quam iracundia.
Felix criminibus nunquam erit diu.
Ut sementem feceris, ita et metes.
Quisquis patrem veretur, bonus civis evadet.
Nihil negabis, quod petiturus es.
Loqui ignorabit, qui nescit tacere.
Patria est, ubicunque bene vixeris.
Qui non est hodie, cras minus aptus erit.
Si non invideas, maior eris; nam qui invidet, minor est.
Turpia ne dixeris; paulatim enim pudor per verba discutietur.
Vis habere magnum honorem, dabo tibi magnum imperium, impera tibi.
Bona, imperante animo, fiet pecunia.
Maledictum interpretando facies acrius.
Tristes esse voluptatum exitus, quisquis reminisci libidinum suarum volet, intelliget.
Tu nihil dices, faciesve invita Minerva.
Medio tutissimus ibis.
Vivitur ingenio; cetera mortis erunt.
Si iuxta claudum habites, claudicare disces.
Ordine pervenies, quo non licet ire labore.
De fructu arborem cognosces.
Alium silere quid voles, prius sile.
Quidquid licet, minus desiderabitur.
Quemcunque videris: hominem esse scias.
Nusquam tuto latebis, cum Deus te peccantem viderit

IMPERATIVUS.

Sustine: abstine: mori memento.
Cave tibi a cane muto, et aqua silente.
Ita crede amico, ne sit inimico locus.
Salus civium suprema lex esto.
Sperne voluptates: nocet emta dolore voluptas.
Petere abstine, concedere, quod nefas tibi.
Scito magnum esse, et honestum vindictae genus: ignoscere.
Quod factu turpe est, dictu honestum ne puta.
Te ipsum reverere, et coram aliis nunquam erubesces.
Festina lente, nam tardus velocem assequitur.
Nimium ne crede colori.
Ignoscito saepe alteri, nunqnam tibi.
Tu fac officium, cetera cura Dei.
Non quam diu, sed quam bene vivas, cogita.
Quidquid agis, prudenter agas, et respice finem.
Pede tuo te metire.
Quodcunque laesurum est, multo ante, quam accidat, speculare, et adverte.
Opprime, dum noxa sunt, subiti mala semina morbi.
Disce totum orbem terrarum pilam esse, hoc est: illud punctum, quod inter tot gentes ferro, et igne dividitur.
Quidquid dolorem pascit, id nimium puta.
Primum auscultare disce, si nescis loqui.
Ut tibi mors felix contingat, vivere disce.
Ut felix possis vivere, disce mori.
Consule vir, fac vota senex, iuvenisque labora.
Fide, sed cui fidas, vide.
Ora, et labora.
Tu primum exhibe te bonum, et sic quaeras alium tui similem.
Ridenti domino, et coelo ne crede sereno.
Nam facili causa dominus mutatur, et aura.
Non cuivis dexteram iniicito.
Castiga amicum clanculum: lauda palam.
Nefas nocere vel malo fratri puta.
Fac modo, quae moriens facta fuisse voles.
Feras, non culpes, quod vitari non potest.

Maiori cede, minori parce.
Siste gradum, depone fastum, quid vesper vehat incertum?
Vitae finem perpende: de crastino haud ullus securus.
Expende robur, priusquam quid aggrediaris.
Noli defunctum insectari maledictis.
Vel dic silentio meliora, vel tace.
Nosce te ipsum.
Non fer iudicium, si non sint ambo locuti.
Neque coecum ducem, neque amantem consultorem adhibe.
Omnibus esto amicus, nemini familiaris.
Principiis obsta, sero medicina paratur.
Cum mala per longas invaluere moras.
Misereri praestat, quam ulcisci.
Nil prodest muros munire propugnaculis, et Deum provocare peccatis.
In otio perpetuo iacere, non est tranquillitas, malitia est.
Mori melius est, quam male vivere.
Deliberare utilia, mora est tutissima.
Bonum est fugienda aspicere in alieno mala.
Nihil turpius est, quam grandis natu senex, qui nullum aliud habet argumentum, quo se probet diu vixisse, praeter aetatem.
Turpe est aliud loqui, aliud sentire.
Nihil prodest didicisse, benefacere si cesses.
Omnia praetereunt: praeter amare Deum.
Utrumque vitium est: nulli credere, et omnibus.
Quem poenitet peccasse, poena est innocens.
Satius est pedibus labi, quam lingua.
Non diu vixisse, sed bene, iuvat.
Malis displicere, laudari est.
Effugere cupiditatem, regnum est vincere.
Prius negare, postea fecisse fallere est.
Meminisse dulce est, quod fuit durum pati.
Ars prima regni est, posse invidiam pati.
Melius est praevenire, quam praeveniri.
Mentiri animi pusilli est, vel vani.
Nihil interest, quo animo facias, quod fecisse vitiosum est.

Matris ferre iniurias, pietas iubet.
Pauca appetere, divitem facit.
Male vivunt, qui se semper victuros esse putant.

Participia, Gerundia, Supina.

Sapiens loquitur tacens.
Nihil magnum est in rebus humanis, nisi animus magna despiciens.
Eleemosyna non tam accipientibus, quam dantibus prodest.
Tela praevisa minus feriunt.
Ante obitum moriens, non moriturus obit.
Remota iustitia, quid sunt regna, nisi latrocinia?
Et recte facere Princeps suos faciendo docet.
Nihil agendo, male agere discimus.
Deliberandum diu, quod statuendum est semel.
Ad poenitendum properat, cito qui iudicat.
Audendo virtus crescit, tardando timor.
Omnia conando docilis solertia vincit.
Vigilandum est semper: multae insidiae sunt bonis.
Qui succurrere petituro potest, cum non succurrit, occidit.
Deliberando discitur sapientia.
Dives quod donat; timeas, cito raptum venit.
Nimium alternando veritas amittitur.
Oculos, auresque cohibe, si visu, ac auditu turpe est.
Stultum est magis curare domos locandas aliis, quam sepulcrum, in quo locandus est ipse.
In vindicando criminosa est celeritas.
Numquam scelus scelere vindicandum est.
Invisa imperia numquam retinentur diu.
Plus malefacta nocent, quam benedicta docent.
Venturae memores iam nunc estote senectae.
Sic nullum vobis tempus abibit iners.
Ventis destitutus remos adhibe.
Valentes recte consulunt aegrotis.
Vasa vacua sunt bene sonantia.
Temperata fortuna optima.
Tacendo periculum non incurritur.
Studium discendi voluntate constat, quae cogi non potest.

Plus stricto mucrone mendax lingua offendit.
Obrepit non intellecta senectus.
Non est mittenda falx in alienam messem.
Acti labores iucundi.
Nobile vincendi genus est patientia; vincit, qui patitur; vis vincere, disce pati.
Ignis divisus citius exstinguitur.
Heu quam multa poenitenda incurrunt vivendo diu!
Tanquam perpetuo victurus addito laborem.
Et vitam veluti cras moriturus age.

DE PRAEPOSITIONE.

Affecti *erga* amicum simul eodem modo, quo *erga* nosmet ipsos.
Officia *adversus* eos servanda, a quibus iniuriam acceperis.
Non fit *sine* periculo facinus magnum et memorabile.
Fit: ut isti *de* domino loquantur, quibus *coram* domino loqui non licet.
Fletus heredis *sub* persona risus est.
Turpissima est iactura, quae fit *per* negligentiam.
Omnes virtutes *inter* se nexae, et iugatae sunt.

DE ADVERBIO.

In secundis rebus nihil in quemquam *superbe,* ac *violenter* consulere decet.
Breve tempus aetatis *satis* est longum ad *bene*, *honesteque* vivendum.
Sapienter cogitant, qui temporibus secundis casus adversos reformidant.
Saepe fit; ut qui *diu* vixit, *parum* vixerit.
Si considerare volumus, quae sit in homine excellentia naturae, et dignitas, intelligimus: quam sit turpe diffluere luxuria, et *delicate*, ac *molliter* vivere; quam honestum *parce, continenter*, *severe, sobrie.*
In dolore *maxime* est providendum: nequid *abiecte*, nequid *timide*, nequid *prave*, nequid *molliter* nequid *serviliter*, *muliebriterque* faciamus.

DE CONIUNCTIONE.

Omnia *prius* experiri consilio, *quam* armis sapientem decet.

Ut nunc sunt mores *eo* rediit: si quis quid reddit, magna habenda est gratia.
Nihil est, quod *tam* miseros faciat, quam impietas, et scelus.
Provincia *non modo* a calamitate; *sed etiam* a metu calamitatis defendenda est.
Egregium inprimis est: *ut* foris, *ita* domi; *ut* in magnis, *ita* in parvis; *ut* in alienis, *ita* in suis agitare iustitiam.
Exilium est, *ubi* virtuti non est locus.

DE INTERIECTIONE.

Heu primae scelerum causae! mortalibus aegris naturam nescire Dei.
Ó felix hominum genus? si vestros animos amor, quo coelum regitur, regat.
Quis est? *proh* Deum fidem, atque hominum! qui velit: ut neque diligat quemquam, nec ipse ab ullo diligatur.
O coeca nocentum consilia! o semper timidum scelus!
Ecce miserum hominem, si dolor summum malum est.

SENTENTIAE ALIAE

non secundum casus et tempora digestae.

Senectus ipsa est morbus. *Terent.*
Avarus, nisi cum moritur, nihil recte facit. *Syr.*
Fortuna quo se eodem et inclinat favor. *Syr.*
Verae amicitiae sempiternae sunt. *Cic.*
Parva saepe scintilla contemta, magnum excitavit incendium. *Curt.*
Usus frequens omnium Magistrorum praecepta superat. *Caesar.*
Fere homines libenter id, quod volunt, credunt. *Caes.*
Virum fortem vita prius deficiet, quam fides. *Liv.*
Proba merx facile reperit emtorem. *Plaut.*
Culpam maiorem posteri luunt. *Curt.*
Copia ignaviam affert. *Plin.*
Obsequium amicos, veritas odium parit. *Terent.*

Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat. *Cic.*
Quanto superiores sumus, tanto submissius nos geramus. *Cic.*
Quisque suae, fortunae faber est. *Sallust.*
Stultorum magister eventus est. *Liv.*
Discipulus est prioris posterior dies. *Syr.*
Peior est famae, quam corporis laceratio. *Cic.*
Qui corporis voluptatibus servit, vilissimi, pessimique domini mancipium est. *Boeth.*
Custodia legum civitates continet. *Euripid.*
Virtus omnibus rebus anteit. *Plaut.*
Malum consilium consultori pessimum est. *Gell.*
Invia virtuti nulla est via. *Ovid.*
Flamma fumo proxima est. *Plaut.*
Nihil est morti tam simile, quam somnus. *Cic.*

* * *

Peccandi consuetudo non facile reprimitur. *Cic.*
Impunitatis spes maxima peccandi illecebra est. *Cic.*
Eripere telum, non dare irato, decet. *Syr.*
Iniuriae suae nulli mortalium parvae videntur. *Sall.*
Coelum, non animum mutant, qui trans mare currunt. *Horat.*
Lento gradu ad vindictam sui divina procedit ira, sed tarditatem supplicii gravitate compensat. *Val. Max.*
Causa bona apud quemlibet agi potest. *Liv.*
Nihil oportet oblivisci, praeter iniurias. *Cic.*
Leges a victoribus dicuntur, accipiuntur a victis. *Cur.*
Ab alio exspectes, alteri quod feceris. *Syr.*
A cane non magno saepe tenetur aper. *Ovid.*
In minimis rebus saepe res magnae deprehenduntur. *Cic.*
In malis sperare bene nisi innocens solet. *Syr.*
Nullus est casus in mundo, quem non Dei providentia operatur e concursu causarum nobis improviso. *Boeth.*
E vitio alterius sapiens emendat suum. *Syr.*
Sic vive cum hominibus, tamquam Deus videat; sic loquere cum Deo, tamquam homines audiant. *Sen.*
Studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium, ac sola-

tium praebent, delectant domi, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. *Cic.*
Sine iustitia ne pessimorum quidem societas consistere potest. *Cic.*
Sapienter cogitant, qui temporibus secundis casus adversos reformidant. *Cic.*
Nemo mortalium omnibus horis sapit. *Plin.*
Concordia res parvae crescunt, discordia magnae dilabuntur. *Sallust.*
Lacryma nihil citius arescit.
Magno ubique pretio virtus aestimatur. *Val. Max.*
Altissima quaeque flumina minimo sono labuntur. *Cic.*
Asperius nihil est humili, cum surgit in altum. *Plaut.*
Quo semel est imbuta recens, servabit odorem testa diu. *Horat.*
Animo aequissimo moritur sapientissimus quisque, stultissimus iniquissimo.
Nobilis equus vel umbra virgae regitur, ignavus nec calcari quidem concitari potest. *Curt.*
Multa, quae natura impedita sunt, consilio expediuntur. *Liv.*
Patientia quaeri debet, quod gratia impetrari nequit. *Val. Max.*

* * *

A bove maiore discit arare minor. *Accius.*
Qui mentiri solet, peierare consuevit. *Cic.*
Amicitiae immortales, inimicitiae mortales esse debent. *Cic.*
Mutum esse satius est, quam, quod nemo intelligat, dicere. *Cic.*
Dulce, et decorum est pro patria mori. *Horat.*
Improbus est homo, qui beneficium scit sumere, et nescit reddere. *Plaut.*
Oderunt peccare mali formidine poenae. *Idem.*
Nobilitas necessitatem imponit non degenerandi a virtute maiorum. *Boeth.*
Pecuniae non coacervando, sed expendendo melius nitent. *Boeth.*
Conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum. *Cic*

Quod cuique temporis ad vivendum detur, eo debet esse contentus. *Cic.*
Stultitia est venatum ducere invitos canes. *Plaut.*
Nihil faciendum est, cuius nos poenitere possit. *Cic.*
In minimis quoque rebus praesidium divinum est implorandum, a quo rerum omnium successus pendet. *Plaut.*
Damnum appellandum est cum mala fama lucrum. *Publ.*
Suscipienda sunt bella: ut sine iniuria in pace vivatur. *Cic.*
Tacitae magis, et occultae inimicitiae timendae sunt, quam indicatae, et apertae.
Avaritia, et luxuria, duae pestes, omnia magna imperia evertere. *Liv.*
Effodiuntur opes, irritamenta malorum. *Ovid.*
Optimus est portus poenitentis, mutatio consilii. *Cic.*

DIALOGI FAMILIARES VARIORUM THEMATUM

Translationis, Imitationis, Memoriae, Concertationis, et Sermonis familiaris accommodati.

1. *Antonius, et Ioachimus.*

I. Salve, mi Antoni. A. Ago gratias; tu quoque salvus sis, Ioachime! I. Surge tandem! tempus instat eundi in scholam audisne? A. Non audio, dormio adhuc, aut saltem dormire volo. I. Nunc autem non est tempus dormiendi, sed surgendi. A. Mitte me: fessus sum. I. Non te mitto, nisi lectum reliqueris: nam audita est hora septima! A Septima? I. Imo sur-

ge, annon meministi, quod heri in schola audivimus: *Aurora musis amica!* A. Memini adhuc. I. Meminisse laudabile est, sed praestare laudabilius. A. Bene mones! surgam igitur continuo: secede paulum.

I. Quid stas cessator? indue te. A. Non habeo tunicam meam. I. Ubinam eam heri reposuisti? A. Nescio. I. Male quidem, id enim scire debebas: meam ubi colloco, ibi invenio. A. Nec meam arbitror furto esse ablatam, inveniam, quod amissum est. I. Sed ubi? nonne sub scamno, aut sub fornace? A. Quid tum? modo inveniam. I. Non sufficit invenire, certus, ac conveniens locus, debet vestibus deputari. A. Ecce! hic est tunica mea, ibi sunt calcei, illic tibialia. I. Arripe, indue, propera, non habet mora locum, statim accedet ancilla, ut pectat capillos, primum raro, deinde denso pectine.

A. Indutus sum, Ioachime! ecce, paratus sum! I. Unum vero adhuc tibi deest. A. Nihil certe, dices, velim, quidnam? I. Lotio manuum, ac faciei nunquam est intermittenda. A. Fateor: haec adhuc mihi restat, sed ob defectum aquae. I. Puteus habet satis aquae, en ancillam praesto, roga: ut hauriat, et nobis adferat, quantum satis est. A. Iam adfert; sed cave, ne vestes conspergas. I. Tu vero, ne pelvim subvertas, aut mantile superiori parte indecenter foedes, ut nudius tertius. A. Cavebo, et simul os meum aqua colluam.

I. Nihil praeterea tibi restat? A. Nihil. I. An iam precatus es? A. Iam precatus sum heri, et nudius tertius. I. Edisti etiam heri? A. Imo et hodie etiam, iam esurio. I. Ergo precare etiam hodie. A. Precabor pro consuetudine nostra. I. Quid pro consuetudine? ex animo precandum est. A. Quid vero est ex animo precari? I. Demisse, ac ardenter animum adlevare ad Deum, omnium bonorum fontem, et largitorem. A. Ego vero te videre soleo ore orantem. I. Ore quidem, sed non ore solo.

II. *Nicolaus*, *et Paulus*.

P. Salve Nicolae! N. Ago gratias Paule! unde venis? P. Ex aedibus patris mei. N. Condiscipulus gratissimus eris. P. Agnosco tuum erga me amorem

et laudo. N. Venisne Instructus libris? P. Nullis, ut vides. N. Ergo es miles sine armis? P. Non pugnabo; sed discam. N. Imo facilius est edere sine orbe et cultro, quam discere sine libro. P. Quid nondum habeo, comparabo. Sed edissere: quod est lectionum vestrarum initium? N. Sacrum: a Deo enim capessenda sunt rerum omnium primordia, praecipue in studiis. P. Bene facis! Sed quid nunc interea ages, dum praeceptor veniet? N. Praeparabo me ad lectionem instantem. P. Quomodo te praeparas? N. Discenda lego, ac relego; et quidem mente attenta, et voce clara. P. Siccine procedit istud negotium? N. Quidni? non autem sufficit lectio aut relectio una, sed decies, imo vicies, ac tricies idem relegi debet; sic sine molestia disco datum pensum: sequere me, experies. P. Optime mones: sequar consilium tuum.

N. Redde mihi de memoria pensum tuum. P. Quis te constituit praeceptorem meum? N. Si tu recusas, ego tibi reddam meum, ut repetitio coram praeceptore deinde sit eo expeditior. P. Ordire ergo attendam. N. Ita attende, ut mihi haesitanti, aut erranti subservias. P. Subserviam.

N. Perge Paule in exponendo colloquio! praeceptor iubet. P. Dic statim, ubi desieris? nam nescio. N. Cur non attendis? P. Cogitabam de prandio. N. O te negligentem, et edacem? Vix scholam es ingressus, et iam cogitas de prandio. P. Monstra, quaeso, monstra lectionis tuae terminum, ne vapulem. N. Hac vice monstrabo, sed, si ita perrexeris, te deseram; desertus autem certe vapulabis.

P. Cur frater tuus fere nunquam tenet, quod memoriae mandare debeat? N. Quia est piger, et negligens. P. Unde autem oritur ista negligentia? N. Inter alia e vitio voracitatis. P. Rem acu tetigisti, nam *plenus venter, non studet libenter.* N. Ita sane est: et frater meus semper maiorem ientaculi partem captat. P. Sed anne accipit? N. Plerumque, quod cupit, capit; interdum vero ventrem citius replet, quam oculos.

N. Cur me aspicis Paule? P. Miror diligentiam tuam. N. Desine mirari; facio, quod debeo; neque id

quantum satis, et aequum est. P. Cur vero es tam diligens? N. Quia laborem nobis commendavit Deus, imo praecipit. P. Laudare non sufficit: sequi optimum est. N. Cur tu vero semper garris, ac ineptis? P. Quid ad te? N. Permultum, nam me impedis. P. Exerceo linguam, quam mihi Deus dedit. N. Num ad garrulitatem dedit? minime: vehementer erras. Cum praeceptor interrogat, linguam exerce. P. Non male loqueris, fateor. N. Iniice ergo froenum ori tuo, inprimis cum Deo sit reddenda ratio de unoquoque verbo, non solum turpi, sed etiam otioso, seu inutili.

P. Quota est hora? Nicolae! N. Cur de hora percontaris? P. Avide exspecto missionem e schola. N. Vix nona audita est: missio autem e schola hora datur decima. P. O me miserum! N. Certe miser es, qui literas fastidis. P. Dicamus: sonuisse decimam. N. An mentiri licitum est? An Deus falli potest? An praeceptor falli debet? P. Non mentiar, nec fallam. N. Nec tibi suaserim; mendacii crimen vindicatur, nosti.

III. *Ioannes*, *et Theophilus*

I. Heus! heus Theophile! T. Quid clamitas? I. Avoco a lusu ad prandium. T. O laetum nuncium? me habes obsequentissimum. I. Non ignoro te libentius ire ad mensam, quam in scholam. T. Nec detrectabo in scholam ire.

I. Audisne, Theophile! quid pater interrogat? T. Quidnam? I. Utrum parati simus ad preces, et bene compositi ad mensam? T. Hem! nec pexus sum, nec lotus. I. Ergo propera: est enim inediae periculum in mora. T. Malo pecti ac lavari, quam esurire. I. Ecce hic habebo aquam, et mantile. T. Ubi vero est pecten? I. Illic in fenestra. T. Statim me videbis paratum. I. Sed cave: ne obliviscare pulveres excutere. T. A famula id temporis factum est.

I. Oremus Theophile! T. En adsum. I. Utrum corpore, an animo? T. Utroque. I. Id laudo; sic enim decet adesse hominem, qui constat animo, et corpore. T. Egone, quem puerum, aut Theophilum alias vocant, sum homo? I. Utique es; da vero operam, ut

sis etiam Theophilus. T. Quid sibi vult hoc nomen? I. Significat Dei amantem; talem te nunc praesta in precibus. T. Cur vero precamur? I. Nescis? ut Deum habeamus in mensa propitium.

I. Quid video? T. Quid est, quod vides? I. Te ipsum primum in patina, sed postremum in schola. T. Mitte me, ut edam. I. Hem! cur os tantopere torques, et retorques? T. Ius, quod tantum calere videtur, fervet. I. Sic dignam luis poenam aviditatis tuae. T. Disce meo exemplo sapere. I. Imo gustabo, et sapiam sine laesione oris palati. T. Ipse ergo posthac non edam, nisi ante sorbillando exploravero. I. Sic: *quae nocent, docent.*

I. Quaenam haec est caro, quam vides in patina? T. Elixa. I. De hoc non dubium, nec quaestio; quis enim crudam carnem apponeret? Sed dic, cuius sit generis? T. Est bubula. I. Falleris. T. Habet tamen speciem bubulae. I. Non habet, nisi errore oculorum tuorum. T. Estne vervecina, aut agnina? I. Neutra. T. Estne suilla, aut vitulina? I. Alterutra. T. Sed utra? fortasse suilla? I. Erras; est vitulina. T. Est grati saporis. I. Utique.

I. Gaudeamus Theophile! T. Quae causa subest? I. An non vidisti in culina carnem veru affixam ad ignem circumagi? En iam adfertur. T. Sed num mihi, ac tibi? I. Spero quidem, sed non sine metu aliquo. T. Unde metus hic oritur? I. Nescis? e molestia, quam matri facessivimus in culina: unde vereor, ne irata sit nobis, et assum neget. T. Mitte istum metum, iam totum pro facilitate sua oblita est. I. Breve experiemur.

I. Ecce pisces praeterea, et quidem frixos. T. Cuius generis? Suntne carpiones, an lucii, an percae? I. Sunt lucii. T. Nunc novi eos. I. Sed quale proverbium heri audivimus de piscibus. T. Mihi non venit in mentem. I. Ergo nec piscis veniet in stomachum tuum. T. Eia, dic mihi. I. *Magis mutus es, quam piscis.* T. Nunc memini: imo succurrit aliud I. Quale istud est? T. *Tu piscem natare doces.*

I. Quomodo sapit ille caseus? T. Bene; sed saperet melius, si adderetur butyrum. I. Caseum addere una cum butyro divites solent. T. Nos sumus divites. I. Ostende divitias. T. Mea mater ipsa format caseos, et conficit butyrum, quantum vult. I. Erras; dicere debebas, quantum potest, pro copia lactis. T. Ergo posthac contentus ero alterutro, butyro, aut caseo. I. Bene facies.

I. Quoties bibere soles in prandio? T. Quoties sitio. I. Quo potus genere sitim levas? T. Optimo, et maxime potabili, nempe: aqua. I. Non invideo; mihi placet cerevisia, sed secundaria, primaria enim tentat caput; praeterea sitim magis irritat, quam restinguit. T. Ego aquam bibere pergo, quippe: quae nec mucet, nec acescit. I. Sed aqua debilitat stomachum. T. Falleris. I. Vinum tamen est melius, quam aqua. T. Adde, et pretiosius, imo non raro multo nocentius. I. Vix crediderim. T. Crede mihi, plures enim pereunt vino, quam aqua. *In vino* tamen, secundum proverbium, est *veritas*, sed prodita, aut violata.

I. Esne iam satur? T. Nondum quidem, sed statim ero, quando consumsero meum panem butyro illitum. I. Ergo exerce impigre dentes. T. Quis urget? I. Morum qualitas, ac decens modestia. T. Quid illa iubet? I. Ut pueri surgant de mensa primi. T. Praestat sedere, quam ante preces discurrere. I. Datur tertium ministrare parentibus, aut aliis honestioribus convivis adhuc prandentibus. T. Bene mones: surgam, ministrabo. I. Sed animo, qui se digne parat ad preces.

IV. Andreas, et Christophorus.

A. Eamus in scholam, Christophore! C. Nondum est tempus discendi. A. Ergo nec ludendi; veni. Paedagogus vocat. C. En adsum, tecum ibo, et scribam: sed tuo calamo. A. Habeo tantum unicum. C. O me obliviosum! qui non solum pennam, sed etiam chartam oblitus sum! A. Bono esto animo; chartam tibi commodabo, nec deerit, qui commodet calamum. C.

Agnosco amorem tuum, Andreas, grato animo. A. Sed cave, ne posthac quidquam rerum tuarum obliviscaris. C. Cavebo.

C. Ioannes dedit mihi pennam mutuam, sed quae respergit chartam atramento. A. Porrige mihi illam; mutabo ejus cuspidem, aut crenam scalpello, nisi hujus acies fuerit obtusa. C. Apta nunc esset scribendo, nisi cuspidem haberet nimis tenuem. A. Porrige eam iterum, mox fiet crassior. C. Hem! hem! facta est duriuscula, et nimis crassa. A. Augebo crenam, et cuspidem acuam ad minutas literas.

A. Ubi emisti chartam tuam, Christophore! chartam nullius pretii? C. Tua non est melior. A. Sane, non enim perfluit, sicut tua, quae fere omnes literas transmittit, instar emporeticae seu bibulae. C. Sic imposuit mihi Sempronius mercator. A. Aut potius chartarius; seu chartarum confector mercatori. C. Certe poenitet me emtionis meae, qui non unam atque alteram plagulam, sed integrum emi scapum, seu codicem viginti quatuor plagulas continentem.

A. Ubi est regula tua Christophore? C. Non amplius scribo ad regulam. A. Ergo eam mihi commodato. C. Dabo: si mihi dederis parum atramenti. A. Ipse habes atramentum. C. Habeo quidem, sed est decolor, imo nimis spissum. A. Si spissum est, illud aqua dilue, dilutum penna misce. C. Factum est. A. Nunc literas pingit munde, ac eleganter. C. Cave, ne subvertas thecam avenariam, aut atramentarium, nec amittas thecam calamariam.

C. Tenesne, quae ediscenda erant! A. Nondum teneo. C. Ergo ea disce; quid cessas? mox enim depromenda erunt, et quidem memoriter. A. Memoria mea admodum debilis est, et recusat lecta retinere. C. Erras: nam culpa non est in memoria, sed in animo tuo qui piger est. A. Tu vero Christophore! quomodo comprehendis ea memoriter, quae legis? C. Subinde me excito ad discendi ardorem, et sine ulla defatigatione, aut taedio lego, quae mihi demandata sunt; totiesque attente relego, donec pensum sine haesitatione reddere possim.

A. *Repetitio est mater studiorum.* C. Quis ita dixit? A. Pater meus. C. Non etiam pater te docet domi? A. Utique, praecipue me excitat ad repetitionem eorum, quae in schola audivi, legi, et didici. C. Siccine tibi commendat repetitionem ista sententia, quam proferebat? A. Omnino ita est. C. Iam intelligo mentem tuam. A. Nisi ergo domi repetivissem ea, quae heri didici, hodie me praeceptor deprehenderet imparatum, sicut te. C. Metuo sane, ne puniar.

C. Vapulavi, Andrea! utinam nulla esset disciplina! A. Iure castigatus es: nam qui non curat verba, haec accipit non immerito. Certo sine disciplina nemo recte discit. C. Bene mones, discam, et bene me geram, ne cogar manum ferulae subiicere, aut asini, (qui pigrorum socius est) simulacrum sustinere, aut portare. A. Prudenter ages.

A. Heus Christophore? rem tibi narrabo lepidam. C. Mitte me garrule! praeceptor nobis imposuit silentium. A. Non ignoro: nec clamabimus, neque clara voce loquemur, sed admodum submisse. C. Nec submisse garriendum est. A. Quis audiet? nemo. C. Erras: Deus audit, qui ubique praesens est. A. Silebimus.

A. Praeceptor evocatus est: ludamus condiscipuli, C. Tace, ludio, sin minus, ludetur in tergo. A. Ecce delatorem! Siccine, omnia deferenda sunt ad praeceptorem? C. Omnino, is enim vestri observationem mihi iniunxit. A. Tibine! quid te curamus? C. Ergo vos, mentemque vestram malesanam praeceptor curabit, qui mox aderit. Interea vero Deum habes praesentissimum.

A. Heri non accepi merendam. C. Qua de causa? A. Ob negatum diligentiae testimonium. C. Cur illud tibi negaverat praeceptor? A. Quia in studiis haud fueram diligens. C. Defectus diligentiae iusta est causa merendam negandi. A. Id expertus sum damno meo. C. Sic: qui nihil meretur, nihil accipit.

V. *Valentinus*, *et Hermannus.*

V. Unde venis, Hermanne? H. Ex horto. V. Quid inde adfers? H. Flores varios. V. Imo fascicu-

lum florum odoriferorum, ut video; quis eo te donavit? H. Hortulanus; vir probus et mei amantissimus. V. Sed cur non adfers pruna, imo mala, et pira? H. Pruna iam comedi; sed reliqua poma nondum maturuerunt. V. De floribus vero numquid cogitas? H. Quidnam? V. Nos sumus instar florum; adeo, ut aliquando de nobis ipsis cum Poëta dicere possimus: *Nos quoque floruimus, sed flos fuit ille caducus.*

V. Quo tendis Hermanne? H. Eo rus in agrum nostrum, ubi sunt messores nostri, nostraeque ancillae. E. Quid ibi peragunt? H. Messores metunt fruges, quas deinde ancillae colligunt tomicibus; colligatas vocamus mergites seu manipulos. V. Iam memini egregiam sententiam. H. Profer eam. V. *Ut sementem feceris, ita et metes.* H. *Sed saepe pro benefactis malam messem metimus;* ut itidem in proverbio est.

V. Cur non scribis, Hermanne? H. Digiti mei rigent frigore, nec est ignis in fornace, unde museum calefiat. V. Age: excitabimus ignem folle. H. Follis adest, sed lignum deest. V. Ecce lignum: hic est. H. Novi, sed est humidum, quod ad calefactionem aptum non est. V. Cur humidum dicis ineptum esse. H. Quia igni admotum nil nisi fumum producit, fumus vero infestat oculos.

V. Cur venis tam sero in scholam? H. Tempestas, cuius transitum exspectabam, me retardavit, sicuti heri te remorabatur pluvia. V. Jamne desaeviit? H. Desaeviit quidem, sed ab oriente rursus surgunt nubes atrae, pluviam minantes. V. Imo fortasse imbrem aut nimbum. H. Exspectemus, quid serus vesper sit advecturus, praesertim, si suborta fuerit procella.

H. Conscendamus hunc equum, Valentine! V. Difficilis est ascensus imo ferit calcibus. H. Nos non feriet. V. Comperies. Certe enim hic rufus est audax, sternax, et admodum effroenis, qui sessorem suum facile excutit. H. Adducam habenas. V. Sed eas detrectat. H. Mittamus ergo equos. V. Bene mones, quid

enim nobis rei aut commercii est cum equis, qui sumus studiosi literarum?

V. Cave, cave, Hermanne! H. Quidnam? V. Canem, et quidem catenarium ad fores. H. Quis eum in me immittet? V. Ille se ipsum. H. Non credo eum esse rabiosum, non enim latrat. V. Est tamen mordax. H. Proiiciam illi lapidem, ut in eum saeviat. V. Noli eum irritare. H. Abeamus hinc. V. Quorsum? H. Unde venimus. V. Exspecta parumper. H. Non est tempus exspectandi, sed properandi; quia vespera ingruit.

VI. *Christianus*, *et Polycarpus.*

C. Sterne mensam, Polycarpe! eamque rebus necessariis instrue. P. Iam factum est; sed mappulae manuales sunt immundae, nec satis conveniunt recenti seu mundiori mappae, quam mihi mater suppeditavit e cista. C. Haec cura est matris, modo mundi sint orbes; nec negligatur appositio panis, salini, ac poculorum. P. Omnia parata sunt. C. Cura: ut apponantur cibi. P. Ecce, iam adfert famulus fercula. C. Mallem ipse esse dapifer.

C. Qualis est hic cibus? videtur esse crudus. P. Erras: est coctus, seu elixus. C. Ego mallem assum edere. P. Quidni et frixum? scilicet pro palato tuo delicato, quod vel solo pulte contentum esse debebat. C. Nec tamen mihi est fastidium cibi vilioris, quantum mihi tribuis; non recuso tamen carnem grati succi, ac saporis, inprimis recentem, ac iurulentam. P. Cur non etiam fumo induratam, aut muria conditam? C. Quia confectu est difficilior, et parum habet nutrimenti.

C. Fauces meae iam arent siti. P. Igitur eas riga. C. Nemo est, qui mihi potum ministret. P. Esto tibi ipsi minister. C. Neque adest cerevisia, nisi admodum tenuis, seu secundaria. P. Talis potus convenit pueris, et literarum studiosis; nam cerebrum haud tentat, aut turbat. C. Sed acescit. P. Mentiris: est defaecata, bonae notae, ac grati saporis. C. Ergo

bibam cerevisiam, tantopere laudatam. P. Ita vero, desine Christiane! ut obambulet poculum, et nobis quoque nostra portio supersit. C. En, capesse.

C. Cur tam avide voras, Polycarpe! P. Vehementer esurio: *fames* vero *optimum est condimentum.* C. Si esuris, ede, nec vora distentis buccis ut plenos, ac dentibus non comminutos bolos deglutias, et quidem seposito pane; nec tantum cibi in os ingere. P. Sed sapit egregie. C. Ergo seda saporem paulatim, nec te obrue nimia ingurgitatione cibi. P. Morem tibi geram. C. Vide: quam foede te inquinaveris cibis ex ore defluentibus. P. Abstergam me mappula.

C. Quaenam gallina peperit haec ova? P. Nostra C. Illane, quam heri vidimus ovis incubantem? P. Alia est; illi vero ova ideo supposita sunt, ut inde pullos excludat. C. Hoc videre gestio. P. Videbis; sed nunc vide, ne fracta testa diffluat ovi albumen cum vitello. C. Tu vero disce, quid significet proverbium: *mali corvi, malum ovum.* P. Eius sensum tibi explicabo, si mihi exposueris aliud de ovo proverbium: *ab ovo, usque ad mala.* C. Hoc est: a coenae principio usque ad finem. Nam apud veteres ova incipiebant coenam, poma claudebant. P. Certe *non ovum ovo est similius*, quam tu bono interpreti, qui ne quidem eges prioris adagii explicatione.

VII. *Sulpitius, et Rudolphus.*

R. Cur hodie mane abfuisti? S. Occupatus eram. R. In quo negotio? S. In scribendis ad matrem literis. S. Quid opus erat illi scribere? S. Quia ad me scripserat. R. Ergo rescripsisti? S. Proprio loqueris. R. Unde tibi miserat literas? S. Rure, nempe e villa nostra. R. Quando rus profecta est? S. Superioribus diebus. R. Quid agit ruri? S. Curat nostra negotia rustica. R. Quid potissimum? S. Praeparat ea, quae sunt opus ad proximam vindemiam. R. Prudenter agit. S. Unde istud probares? R. Nam omnibus in rebus adhibenda est praeparatio diligens. S. Quis te istud docuit? R. Quidam Paedagogus dictavit e Cicerone S. Qua occasione? R. Quum ad-

moneret: ut me diligenter pararem ad reddendum pensum postero die. S. Profecto recte monebat. R. Sed ad propositum revertamur. Non habetis villicum, qui curet ruri vestra negotia? S. Imo et villicum habemus, et famulos, et ancillas. R. Quid igitur necessaria est illic tuae matris opera! S. Quia melius novit providere rebus omnibus, quam isti imperiti ruricolae. R. Nihilne amplius? S. Sine me finire propositum. R. Putabam et absolvisse: perge. S. Etiam (ut ex patre audivi) praecipua cura domini requiritur in re familiari administranda. R. Ergo pater tuus nunc potius deberet ad villam esse. S. Non potest. R. Quid prohibet? S. Quia totus est in arte sua occupatus. R. Maiorem (ut opinor) ex ea re fructum percipit. S. Quis dubitet? R. Inde igitur fit: ut relinquat uxori omnem curam rei domesticae. S. Omnino sic est. R. Sed mater, quando est reversura? S. Vix ante perfectam vindemiam. S. Quid tu? Non ibis vindemiatum? S. A matre (ut spero) brevi accersar. R. Sed quaeso te: quid confabulamur? Iam omnes in auditorium currunt. S. Bene res habet. Curramus et nos, ne postremi simus.

VII. *Arnolphus*, et *Blasius*.

A. Quid rides? B. Nescio. A. Nescis? Magnum signum stultitiae. B. Me igitur stultum vocas? A. Minime vero, sed dico tibi argumentum esse stultitiae, quum quis ridet, et ridendi causam nescit. B. Quid est stultitia? A. Si diligenter volvas Catonem tuum, istud, quod quaeris, invenies. B. Nunc non habeo mecum Catonem; et volo aliam rem agere. A. Quod habes negotium? B. Ediscendum mihi est aliquid de rudimentis. A. Et interim quaeris fabulari, ineptire. B. Dic mihi (quaeso) de stultitia in Catone. A. *Stultitiam simulare ioco, prudentia summa est.* An non haec didicisti? B. Imo, sed non recordabar. A. Quum domi eris, inspice librum tuum. B. O quantas gratias ago tibi! ego proponam alicui istam quaestionem, qui non poterit mihi respondere; et sic erit victus. A. Tace puer, tace, et stude, ne vapules. R. Non multum curo; ego fere teneo praelectionem. A. Ni-

si taceas, dicam observatori, qui te statim notabit. B. Mane; nihil dicam amplius. A. Sed memento eius, quod dixi tibi. B. Quid est? A. Ne rideas unquam sine causa? B. Sed ridere non est malum. A. Non dico istud. B. Quid igitur? A. Stultum est sine causa ridere. B. Nunc intelligo. A. Recordare saepe.

IX. *Antonius, et Blasius.*

A. Miror ego, quid tibi velis. Tu vero semper otiosus aut garris, aut ineptis. B. Quid vis, faciam? A. Ut studeas diligenter. B. Cur me istud mones? A. Pro meo in te amore, tuaque utilitate. B. Frustra mones? A. Quid ita? B. Quia non est mihi animus in literis. A. Quid ergo velles? B. Discere aliquam artem aptam ingenio meo. A. Iamne cogitasti; quaenam ars tibi placeat potissimum? B. Iam pridem. A. Cur ergo patrem non admones? B. Nunquam ausus sum. A. Cur non? B. Vereor, ne mihi irascatur. A. Roga praeceptorem, ut illi dicat. B. Imo te oro, mi Antoni! dic tu ipse praeceptori meis verbis; nam verecundia impedit. Faciesne, quod rogo? A. Faciam certe, idque libentissime. Maximo enim taedio video te adeo remissum. B. O quam mihi gratum feceris! A. Sed praeceptor te appellabit. B. Quid tum? Oblata occasio me audacem reddet ad mentem meam libere aperiendam. A. Recte iudicas. B. Tu igitur promissi memineris; deinde renuncia mihi, quid ille responderit. A. Alioquin essem tibi nuncius inutilis.

X. *Rolandus, et Lambertus.*

R. Quid ais de scalpello, quod emeram tibi nudius tertius? est ne satis bonum? L. Imo vere est optimum. Sed (me miserum!) parum abfuit, quin perdiderim. R. Eho! quid ais? Quomodo id accidit? L. Quum redirem foris, exciderat mihi in vico. R. Unde exciderat? L. E theca mea quam imprudenter apertam reliqueram. R. Quomodo recuperasti? L. Affixeram statim chartulam valvis ianuae, et ita post prandium quidam puer mihi retulit. R. Utinam

omnes tam fideles essent, qui res amissas reperiunt. L. Profecto pauci sunt, qui restituant, si modo sit res alicuius pretii. R. Et tamen id verbo Dei nominatim praecipitur. L. Quidni? Est enim furti species, si quis rem alienam inventam retineat, modo sciat, cui reddenda sit. R. At plerique putant se iure possidere, quidquid amissum invenerint. L. Errant illi quidem gravissime. R. Verum (ut redeamus ad inceptum sermonem) quid dedisti puero, qui scalpellum tuum invenerat! L. Dedi nummum, et nuces aliquot iuglandes. Laudavi praeterea, et paucis admonui: idem semper esse faciendum. R. Recte fecisti. Sic enim libentius reddet alias, si quid repererit. Sed quid, si perdidisses? L. Aequo animo tulissem; et mihi emissem aliud. R. Itane aequo tulisses animo? L. Certe non sine aliqua molestia. R. Non igitur aequo animo; sed nolo te arctius urgere. L. Vide: quantum profuerit nobis scalpelli mei amissio. R. Ob eam rem dupliciter gratulor: primum, quod tibi recte venerim; deinde, quod amissum recuperaveris. L. Habeo tibi gratiam, mi Rolande?

XI. *Petrus, et Matthaeus.*

P. Gratulor tibi reditum, Matthaee! Quando rediisti rure? Heri post meridiem. P. Quid pater? M. Quemadmodum ille me secum duxerat, ita reduxit. P. Nonne venit in equo? M. Et quidem solitario. P. Tu vero? M. Quid rogas? Eram illi a pedibus. P. Non tibi fuit molestus labor itineris? M. Nulla mihi fuit difficilis, adeo erat iucunda in urbem reditio. Quid quaeris? Noluissem eques venire. P. Quantum distat hinc villa vestra? M. Quatuor milliaribus, iisque non admodum longis. P. Sed iam satis de reditu. Nunc aliud agamus. Fuistine memor promissi tui? Num rediisti vacuus? M. Attuli uvarum, quantum potui. P. Quantum igitur? M. Quasillum. P. Cui quasillum? Tibi igitur uni? M. Imo nobis duobus. P. Quid duobus tantillum? M. Non poteram ferre amplius pro viribus corpusculi mei: quod si robustus essem, asini onus apportas-

sem. Mater enim facile permittebat. P. Quam vellem affuisse. M. Ego et pater te plurimum desideravimus. Sed esto animo bono: reliquit is famulam ruri, quae amplissima corbe onusta veniet; tum ille tibi dabit affatim. P. Papae! nunc optata loqueris, mi Matthaee! M. Eamus, nunc videbis quasillum nostrum adhuc (ut spero) integrum. P. O lepidum caput! nam et cupiebam ire salutatum patrem tuum. M. Profecto illi gratissimum feceris. P. Eamus igitur.

XII. *Paedagogus, et Puer.*

Paed. Hodie mane quota hora expergefactus es? *Puer.* Ante lucem, quota hora nescio. *Paed.* Quis te expergefecit? *P.* Venit excitator hebdomadarius cum laterna sua, pulsavit acriter ostium cubiculi, quidam aperuit, excitator accendit nostram lucernam, clara voce exclamavit, experrecti sunt omnes. *Paed.* Narra mihi ordine, quid egeris ex illo tempore usque ad finitum ientaculum. Vos pueri auribus, atque animis diligenter attendite, ut discatis hunc vestrum condiscipulum imitari. *Puer.* Experrectus surrexi e lecto; indui tunicam mundam cum thorace, sed in scabello accepi femorale, et tibialia; utraque indui, calceos calcavi, femoralia ligulis adstrinxi; tibialia periscelide ligavi supra crura; cingulo me praecinxi; caput diligenter pexui; aptavi capiti pileolum; togam indui; deinde egressus cubiculum, descendi, accepi aquam frigidam e situla, manus et faciem lavi, os, et dentes collui, detersi mantili manus et faciem. Interea signum ad precationem datur minore tintinabulo, in aulam privatam convenitur. Precamur una: accipimus ordine ientaculum a famulo: ientamus triclinio sedentes, et quieti sine murmure, sine strepitu. Quos audivi inepte garrientes, aut verba loquentes otiosa, aut etiam lascivientes vidi, amice admonui; qui non paruerunt admonitioni, detuli ad observatorem, ut eos notaret. *Paed.* Nemo ne vobis praeerat, cum ientaretis? *Puer.* Imo hypodidasculus. *Paed.* Quid agebat interea? *Puer.* Per mediam aulam ambulabat tenens librum in manibus, et identidem

monens observatorem, ut notaret inepte garrientes. *Paed.* Nullumne igitur verbum tunc licet emittere? *Puer.* Imo licet, verum ii demum notari solent, qui diu et multis verbis inepte, et sine ullo fructu confabulantur. Ceterum licet omnibus iucundos inter se tractare sermones, de bonis et honestis rebus, dum tamen id modeste fiat, citra clamorem, et contentionem. *Paed.* Hactenus satisfecisti mihi, cetera narrabis a prandio, nisi aliquod negotium intervenerit. Eamus nunc in aulam ad prandium, ne magistro mora simus. *Puer.* Audivi modo signum dari. *Paed.* Opportune datum.

XIII. *Melchior, et Valerius.*

M. Non meministi praeceptorem iam saepe monere nos de fugiendis pravis sodalibus? V. Ego vero probe memini. M. Tamen alicubi satis negligenter pares eius monitis. V. In quo videor tibi ea negligere? M. Dicam tibi, si modo attente audias. V. Dic, obsecro: audiam accuratissime. M. Nunquam vis cavere tibi ab illo impostore? V. Cur caveam? M. Ne illius contagione depraveris. Nosti enim eum esse pessimum. V. Atqui non sponte sequor, ad me accurrit undique. M. Nimirum, qui novit te habere, quod des, et dare libenter, ac saepe. V. Quid igitur mihi faciendum suades? M. Dic semel et serio, quasi animo irato: Quid vis amice? Cur me ubique sequeris? Omnes clamant, te esse pessimum: et ideo sodales tui esse nolunt: proinde omitte me posthac, quaeso, ne tua causa infamer. V. Quid si aliquid contra respondeat? M. Abrumpe illi sermonem, teque recipe celeriter. V. Ago tibi gratias, quod me tam fideliter monueris.

XIV. *Albertus, et Tiberius.*

A. Nunc demum redis e foro? Estne ibi carnium magna copia? T. Tanta profecto: ut mirer adeo caras esse. A. Nihil mirum. Ut multae sunt carnes, ita multi, qui carnes edunt quotidie. Sed quae potis-

simum vidisti carnis genera? T. Vidi bubulam, vitulinam, ovinam, vervecinam, suillam, haedinam, agninam. A. Nihilne amplius? T. Quid velles praeterea? A. Nihil igitur erat ferinae? T. Non queo referre simul omnia, imo ferinam etiam vidi. A. Qualem? T. Cervinam, et aprugnam. O quam pinguis est aprugna! A. O quam rudis es! T. Quid ita? A. Quia falleris in rerum nominibus. Nam quod in sue domestico dicitur arvina, in sue fera (id est apro) collum vocatur, et est in eo genere purissimum. T. Istud quidem audisse me non memini. A. Nunc audisti. Manda, si placet, memoriae. T. Tu vero unde didicisti? A. Domi nostrae ferina est frequentissima. T. Unde vobis tanta est copia? A. Pater habet ruri ferarum multarum vivarium, ex quo interdum solidi apri in urbem afferuntur. T. Quale est vivarium istud? A. Locus est fere quadrangulari forma, muris altissimis septus; undique consitus proceris arboribus, inter quas sunt dumeta maxime densa. T. Quales sunt illic arbores? Utrum urbanae, an silvestres? A. Silvestres fere omnes: sed in his sunt potissimum quercus, et fagi; quarum glande pascuntur cervi, apri, damae. T. O quantas merito gratias Deo debetis, qui vobis largitus est tantam rerum omnium abundantiam! A. Non sumus immemores beneficiorum eius, pater enim plurima bona in pauperes erogat; quod tamen tibi uni dictum esse velim. T. Cur ita? A. Quia talia non vult praedicari. T. Tanto magis laudandus. A. Sed haec hactenus. Satis enim sumus collocuti. T. Eamus igitur. A. Sequere, aut si mavis, praecede. T. Ego neutrum faciam, sed una ibimus.

XV. *Joannes, et Petrus.*

I. Salve Petre! P. O Ioannes! auspicato advenis, valesne bene? I. Optime, gratia Deo; tu vero ut vales? P. Recte sane, Dei beneficio. Sed quando rediisti domo? I. Nudius tertius. P. Opportune venisti. I. Nempe sciebam instare vacationis terminum. P. Placetne, ut otiose aliquamdiu confabulemur? I. Ma-

xime: dummodo remoti simus ab hac turba clamorosa ludentium. P. Bene mones; secedamus in auditorium aliud, quod est apertum. I. Iam apte hic sedemus. A. Age, loquamur libere. Suntne peractae vestrae vindemiae? I. Omnino. P. Quantum temporis posuistis in toto opere? I. Dies circiter quindecim. P. Tu igitur semper interfuisti? I. Nullum intermisi diem. P. Quid agebas? I. Uvas saepius colligebam. P. Ad verbum *colligebam* debuisti aliud addere I. Quidnam quaeso? P. Et *edebam*. I. Quid opus fuit? De hoc nemo dubitare potest. Quis enim fructus bonos, et maturos legit, quin edat etiam ex optimis? P. Profecto recte loqueris: ego responsum laudo I. Iamne putabas, te os conclusisse mihi? P. Istud ne cogitavi quidem. I. Quid igitur? P. Non exspectabam tam promtum, tamque prudens responsum. I. Nihil est, quod mireris. Nam, ut est in proverbio: *Saepe etiam est aliter verba oportuna locutus*. P. Cui debes hoc proverbium? Magistro Hermanno. Is enim dictat nobis interdum proverbia eiusmodi, et pulchras sententias ex bonis auctoribus. P. Optime vobis consulit. Sed quibus horis id solet facere? I. Nonnunquam a coena; saepius autem, cum in auditorio nihil aliud agendum est. P. Redeamus ad sermonem institutum. I. Placet. P. Fuistine semper occupatus in uvis colligendis? I. Opus illud paucis diebus absolvitur, propterea: quod magnus operariorum numerus ad id conduci soleat. P. Quid deinde fit? I. Calcantur uvae; vinum hauritur cuppis maioribus, et eadem opera diffunditur in dolia; deinde uvae ipsae nondum expressae subiiciuntur torculari; postremo exportantur, et abiiciuntur vinacea. P. Atqui non curabas ista? I. Imo curabam aliqua ex parte. Nam agendis omnibus intereram maxime, ut solicitarem operarios. P. Eras ergo illis tamquam praefectus, et quasi magister operum? I. Imo etiam revera magister operum, et praefectus. Pater enim me praefecerat. P. Quam pulchrum erat videre te cum gravitate aliis imperantem, alios denique arguentem? I. Profecto, si vidisses me, dixisses alium esse, quam in schola discipulum. P. Ut video, non eras otiosus. I.

Imo ut bonus paterfamilias adhibebam saepe numero manus operi, ut ipsos operarios meo exemplo instigarem. P. Non abs re, ut apparet, pater te huic muneri praefecerat. I. Nempe aliis in rebus expertus erat meam diligentiam. P. Absit tamen verborum iactantia. I. Ego sic intelligo: sed libere loquar, quia cum familiari meo sum. P. Verum pergamus; quanta est vobis vini copia? I. Mediocris, qualis fere hoc anno ubique esse dicitur, tametsi vinum rubrum habemus affatim, album non item. P. Quot implevistis dolia? I. Plus minus quadraginta, sed alia sunt aliis maiora. P. Papae! Non tibi videtur magnus proventus? I. Satis quidem, sed non ratione anni superioris. P. Quid refert? Quanto minor est quantitas, tanto etiam pluris vendetur. I. Sic fere solet evenire. Sed nonne tibi videor satis narrasse de vindemiis? Quid praeterea desideras? P. Quoniam tempus nobis suppetit, volo etiam aliquid ex te audire de fructibus arborum. Est enim quasi altera vindemia. Nonne habetis multos? I. Plena tabulata, quae est Dei benignitas. P. Quando collecti sunt? I. Quo tempore vinum faciebamus, familia colligebat. P. Quae sunt vobis eiusmodi fructuum genera? I. Mala, pira, castaneae, iuglandes, sed malorum et pirorum multa est varietas. P. Quid cotonea? Nonne etiam habetis? I. Imo habemus: sed ea sub malorum genere continentur, unde et alio nomine appellantur mala cydonia. P. Quid autem attulisti huc rediens? I. Nihil nisi quasillum uvarum selectarum. Sed singulis posthac hebdomadibus mihi afferentur plenis saccis mala, pira, castaneae. P. Interea da mihi, quaeso, aliquot ex uvis tuis. I. Eamus in cubiculum meum, illic dabo tibi. P. Equidem paratus sum, eamus.

XVI. *Victorius, et Cassiodorus.*

V. Quid est, quod hodie cito a patruo redieris, praesertim cum fuerit convivium? C. Quid illic fecissem diutius? V. Coenam exspectasses: ut ederes de prandii reliquiis. C. Satis ederam in prandio. Prae-

terea mandavit patruus, ut domum reducerem praeceptorem, quem ego ad convivium eduxeram. V. Quid facit tuus patruelis? Cur in ludum vobiscum non rediit? C. A matre retentus est in unum aut alterum diem. V. Quamobrem? C. Ut illi resarciantur vestimenta. V. Illa est mulierum cura. Sed age, quoniam nunc otiosi sumus, narra mihi, quaeso, aliquid de convivio. C. Quid de illo scire cupis? V. Primum, qui convivae fuerint? deinde quam lautum, et opiparum fuerit convivium? C. Convivae fuerunt hi praecipui: quatuor consules, praefectus urbis, et alii duo primae notae e senatorum numero. V. Nostine? C. De facie quidem, sed eorum non teneo nomina. V. Nulline praeterea? C. Duo item e patrui mei familiaribus. V. Nullae ne erant mulieres? C. Nulla, praeter uxorem patrui, quae quidem sedebat in mensa extrema. V. Quid ita tam remota? C. Sic voluit ipsa: ut identidem commodius surgeret, propter ordinem ministerii. V. Quid filius? C. Iuxta matrem assidebat. V. Habeo de convivis: nunc exspecto de convivio. C. Onus mihi valde magnum imponis, ac difficile, sed quando, ut dixisti, plusculum otii nacti sumus hoc pomeridiano tempore, dabo equidem operam: ut aliqua ex parte expleam desiderium tuum. V. Pergratum mihi feceris. C. Eamus sub pergulam, ut in umbra commodius fabulemur. V. Audi nunc iam. C. Dic mihi primum: quota hora accubitum est? C. Fere duodecima. V. Quota surrectum? V. Secunda post meridiem. V. Sedebant ne omnes commode. C. Commodissime. V. Nunc ad rem aggredere. C. Accipe igitur mensae praeludia. V. Appone, cum voles. C. Omitte, quaeso, omnes interpellationes, ne mihi perturbetur memoria. V. Posthac non interpellabo, nisi quod opus erit requirere. C. Appositae inprimis sunt pernae salitae, hilla infumata, lucanica, linguae bubulae sale quoque et fumo induratae. Atque haec ad excitandam appetentiam, et sitim acuendam. V. Quasi vero non satis acueretur solis aestu, et fervore. C. Interposita sunt acetaria e lactucis capitatis; avium intestina frixa minutalia e vitulina, cum ovorum vitellis integris; et hic primus missus.

fuit. V. Nihil interim bibitum est? C. Indigna homine quaestio! — Quis enim vinum hic comparceret? — Vix tres, et quidem strenuissimi, fundendis potibus sufficiebamus. Sed de potibus agam posterius, sine me, cibos expedire. V. Age, sino. C. In secundo missu haec fere fuerunt: Artocreas, pulli gallinacei elixi cum lactucis, bubula, vervecina, vitulina recens assa, ius carnium ovorum vitellis, croco, et emphacio suavissime conditum, aliquot item iuscula ex oleribus. V. His plus opinor fabulatum, quam esum fuisse; quia scilicet assa exspectabantur. C. Vix mensam attigerant, iam illa tollere iussi sumus. Venio igitur ad tertium missum, in quo assa haec fuerunt exposita: pulli gallinacei, pulli columbini, anseruli ferules, et succuli, item cuniculi, armi vervecini, postremo ferina duorum generum, opere pistorio incrustata. V. Quid praeterea? C. Quid? Hem! pene praetermisi: duae perdices interiectae cum lepusculo, fabae virides frixae: et pisa cocta, cum siliquis. V. Nihilne piscium? C. In tempore admones. Erat trutta ingens, quae divisa fuerat in partes quatuor, praeter caudam; praegrandis item lucius, ad eundem modum quadripartitus; taceo minutos pisces, et mediocres, partim elixos; partim assos, et frixos; item cancros fluviatiles, magno omnia numero, sed haec magis ad ostentationem, quam ad necessitatem; de iis enim fere nihil gustatum est. V. Unum mihi videre praetermisisse. C. Quid illud est? V. Nulline erant intinctus? C. Imo singulis propemodum ferculis addita erant scitissimi saporis embammata, quae coquus ipse miro artificio concinnaverat. Nec vero defuerunt capparides ex oleo et aceto, mala citrea, olivae conditae cum sua muria, acetum rosaceum, et succus exalidis. V. O quot, et quanta gulae irritamenta! C. Adde etiam corporis, et animi impedimenta. V. Sed quis, quaeso, fuit ultimus actus tabulae? C. Tandem, cum iam nec carnes, nec pisces ullus ederet, iubet patruus apponi bellaria, in quibus haec fuerunt praecipua: Caseus recens pinguissimus, itemque vetus multiplex, scriblitae, placentulae, orisa in lacte cocta, et bene saccarata, persica

praecotiaca, cerasa, uvae passae: cariotae, tragemata serotina; salgama multorum generum; et alia, quae nunc mihi non occurrunt. Tantum denique fuit omnium esculentorum affluentia, ut mensa ipsa vix sustineret. Quid quaeris? quater aut quinquies mutati sunt orbes, et quadrulae. Cibos crassos, et duriores magna ex parte integros in culinam referebamus; adeo pauci attingebant propter delicatorum copiam. V. Quid confert tanta ciborum abundantia et diversitas? C. Ad gravandum stomachum, et morbos complures generandos. Sed quid agas? Sic fere hoc tempore vivitur. V. Qui talibus viris convivia faciunt, certare videntur de copia, de apparatu, de splendore, et lautitia. Et tamen existunt inter huius civitatis leges inter convivia, ut obiter a Cicerone detorqueamus aliquid. C. An putas omnes convivas illa sumtuum immanitate delectari? V Non puto, nisi forte sicut lurcones, asoti, aut apiciani, ut ita dicam ventricolae. Ceterum quid est in causa? C. Rogas? Convivatorum non modo stultitia, sed etiam insania. V. *Maxima pars hominum morbo tractatur eodem*, ut ait Horatius. C. Sed nos hanc censuram omittamus secundum proverbium: *Ne sutor ultra crepidam.* V. Redeamus igitur ad propositum: quale vinum appositum est? C. Si de colore quaeris: album, nigrum, fulvum, sanguineum, deque singulis coloribus vina multiplicia: si de bonitate: omnia fere generosissima. V. Unde haec petebantur. C. E patrui cella vinaria. V. Quis fuit prandii exitus? C. Ubi videt patruus, convivas omnes pene defessos edendo, bibendo, colloquendo; tunc vinum fundi iubet singulis: omnes ad extremum potum invitat. Hinc ordine tolluntur omnia: interseruntur mensis latiora mantilia e lino tenuissimo; datur aqua odorifera manibus leviter abluendis. Ego et patruelis de more Deo gratias agimus; ipse vero patruus clara voce agit universo coetui. Tandem primus consul convivarum nomine, satis accurato sermone, publicas agit gratias convivatori, simul obiurgat eum, quod tam magnifico, et sumtuoso apparatu convivatus fuerit; imo inquit patruus: mihi, quaeso, ignoscite, quod vos pro dignitate non satis

ampliter tractaverim. His dictis surgunt a mensa universi; magna pars vale dicto statim discedit; ceteri manent stantes, et colloquentes in aula. V. Quid vos interea, qui ministraveratis ad mensam? C. In culina nos quoque prandium recepimus; corpus illic otiose, et ex animi sententia curaveramus. V. Ubi erat interim praeceptor? C. Patruus illum seorsim vocaverat ad colloquium. V. Credo: ut te et filium suum de meliore nota commendaret. C. Istud est vero simile. V Nescis, quae fuerit causa tanti convivii? V. Id meum non erat sciscitari. V. Tanto minus igitur meum. C.. Recte colligis, et sic exspectabam. Sed age, dic mihi serio: non ego te tractavi magnifice? V. Tali convivio nunquam interfueram. C. Gaudeo stomacho tuo satis esse factum. V. Est Deo gratia, qui dedit nobis otium tam iucundum. C. Surgamus tandem, nam audio pueros a lusu discedere.

XVII. *De ver a discendi ratione*

I. Video me a te longe superari doctrinae laude; dic igitur mihi, quam viam ingredi debeam, ut doctior fiam. C. Non equidem me laude, quam mihi impertiris, dignum esse credo, attamen, quid sentiam, tibi dicam. Omnis homo, cuius interest multa discere, debet tria observare. I. Quaenam ea sunt? C. Primum se debet praeparare ad ea, quae in schola tradentur, ut deinde illa eo melius intelligat; deinde debet ad singula verba Magistri diligenter attendere; denique domi, quaecunque audivit, saepius repetere. I. Quid est diligenter attendere? C. Ut acerrimo studio, summaque cupiditate flagres singula audiendi, et memoriae mandandi. I. An potes omnia memoria comprehendere? C. Non, propterea multa, quae Magister tradit, chartae trado, ac deinde domi, quae notavi, saepius perlego; sic memoriae meae egregie consulo. I. Sequar exemplum tuum.

XVIII. *De lectione Ciceronis.*

I. Scio te linguam latinam praeclare nosse, dic mihi: unde eius scientiam hauris. C. Maxime

diligenti Ciceronis lectione. I. Quis est ille Cicero? C. Non amplius vivit, fuit ille olim Consul Romanus, magnusque Orator. I. Si Orator fuit, quomodo ex eo potuisti latinam linguam discere? C. Non tantum ex eo huius linguae cognitionem hausi, sed simul quoque eloquentiam, hoc est: facultatem perspicue, graviter, et suaviter dicendi I. Mira narras; memini me de Cicerone isto aliquando audivisse, sed audivi: ex eo nihil, nisi vocabula latina disci posse. C. Sic iudicant qui ipsum non legerunt, et mihi crede: neminem praeclare scribere posse, nisi eloquentia instructus sit. Sine eloquentia loqui, ac scribere est garrire.

XIX. *De Consule Romano.*

I. Tu dixisti mihi nuper Ciceronem fuisse Consulem Romanum: non intelligo, quid sit Consul Romanus. C. Quid nunc sit, nescio; quid fuerit olim, scio; fuit vir regia fere potestate utens. Romam urbem esse Italiae nosti? I. Novi: est sedes Pontificis Romani. C. Olim fuit sedes summi imperii orbis terrarum. Sed, ut ab initio ordiar, habuit primum Reges, quorum primus fuit Romulus. I. De Romulo audivi. Nonne hic Romam condidit? C. Recte, sed ultimus Regum Tarquinius, qui Superbus appellabatur, eiectus est urbe, non modo propter crudelitatem, sed etiam, quia eius filius, Lucretiae, matronae primariae, castitatem laedere ausus est. I. Ergo Romani postea sine Rege fuerant? C. Fuerunt, et manserunt: pro Rege creabant sibi duos Consules, qui regiam potestatem heberent. I. Ergo duos Reges pro uno habuere? C. Non, Consules erant annui; hoc est eorum potestas durabat per unum annum, singulis enim annis alii duo Consules creabantur a populo in comitiis. I. Nunc video, Ciceronem, cum Consul Romanus fuerit, fuisse virum summae auctoritatis, amplissimae conditionis, atque adeo Regi fere similem.

XX. *De repetitione lectionis.*

I. Cur non repetis ea, quae hodie in schola didicisti? C. Mire loqueris, qui velis me ea repetere, quae didicerim. I. Cur? C. Num quid opus est repetitione eorum, quae iam scio? I. Erras: aliud est didicisse nonnulla, aliud ea ita memoria tenere, ut semper eorum memineris. C. Ego nihil obliviscar. I. Erras, noli memoriae tuae nimis confidere. Multi eruditissimorum hominum professi sunt, se multa, quae olim didicissent, oblitos esse, quia eorum omisissent repetitionem. C. Sed mea memoria est praeclara; novi eam plane. I. Nemo est tam felici ingenio, qui non multa obliviscatur. Hinc omnis sanus diligenter, ac saepe repetere solet, quae didicit, aut legit.

XXI. I. Cur tam tristis incedis Christiane? C. Indignor, mihi ipsi irascor. I. Quamobrem? C. Pudet me tibi causam fateri. I. Quaenam est? dic aperte, prout nostra amicitia postulat. C. Pater meus in coena, praesente avunculo meo, interrogabat me de aliqua re, nec poteram respondere. I. Bono esto animo: quis ad omnes quaestiones respondere potest? Fortasse tu istam rem nunquam audiveras, aut didiceras. C. Scio me illam didicisse, sed mihi in mentem non veniebat, licet omnes mentis vires intenderim; nec nunc succurrit. I. Vides ergo, quam nuper erraris cum diceres, memoriam tuam esse praeclaram, nec quidquam oblivisci. C. Video, et me nunc impudentiae meae valde poenitet. In posterum omnia, quae audivi, ac didici, repetam, ne iterum tacere cogar interrogatus a patre.

XXII. *De Spectris.*

I. Narrabo tibi rem miram, atque terribilem. C. Non otium mihi nunc suppetit; alio tempore narres, mihi domum festinandum est ad patrem, qui me ad avunculum misit, et mox redire iussit. I. Exspecta paulisper, et audi rem, quam tibi narrabo, est

haud dubio digna, quae abs te audiatur. C. Non possum hic morari. I. Duobus verbis tibi dicam: spectrum vidi. C. O! tace; qui spectra videt, is non est dignus, qui audiatur. Ut tamen morem tibi geram, mox redibo, siquidem per patrem mihi licuerit.

XXIII. *Continuatio.*

I. Praeclare facis, cum redis. C. Pater meus facilis, et benignus erat: ut mihi dicenti, te mecum loqui velle, potestatem ad te redeundi faceret. Narres igitur de tuo spectro: ubi id vidisti? I. Non procul a lecto, in quo solus cubabam. C. Quali erat specie? atra, an candida? I. Ni fallor, candida; et vultu, si recte memini, tristi. C. An certo scis fuisse spectrum? Nonne fieri potuit, ut aliud quid esset? An manibus tetigisti? I. Non: quis enim tam audax sit, ut spectra manibus petat? C. tace, video, te esse hominem timidum, et omnes timidi spectra et vident, et audiunt. I. An non credis spectra esse? Ancilla nostra multa vidit. C. Dic potius, ancillam credere, se multa vidisse. Qui eiusmodi hominibus omnia, credit, stultus est.

XXIV. *Continuatio.*

I. Narrabo tibi aliquid, sed cave, rideas. C. Promitto tibi me non risurum; an fortasse iterum vidisti spectrum aliquod? I. Non: abeant spectra in ultimas terras? non ea credo amplius C. Quid audio? I. Spectrum illud, quod hesterna nocte mihi videre visus sum, fuit vestis quaedam matris meae; haec sellae iuxta meum lectum stanti imposita erat me inscio. Mater mea modo totam rem mihi exsplicavit. C. Nonne vero istam vestem animadverteras conscendens lectum? I. Non: quia sine candela cubitum iveram; luna enim lucebat. C. Valde gaudeo, videns, te errore quodam esse solutum, et svadeo tibi, ut in posterum tuis oculis, et auribus magis credas, quam ancillis.

XXV. *Exercitium memoriae.*

V. Euge! dimissi sumus ad lusum; audisti ne? C. Quidni audierim? aures teretes habeo. Placetne paulisper confabulari ante lusum? V. Haud abnuo. C. Da aliquid argumenti ad confabulandum. V. Imo tuum est dare: ut, qui me provocaveris. C. Aequum dicis, redde nomina hungarice, quae tibi e Dialogo XVI. proponam. V. Qua de re propones? C. De edulis. V. Tentabo respondere, modo ne plura, quam decem adferas. C. Enumerabo in digitis, ne forte numerum excedam. Ad rem:

Perna salita? V. *Bésózott sonka.* Kut, but· *Svinski kuk.*

Hilla infumata. *Füstölt hurka.* Divenica. *Klobaszicza podhujena podvnknyena.*

Lucanica. *Kolbász.* Kobasica. *Klobaszica.*

Artocreas. *Pástétom.* Kulen. *Testęnicza ali meszo.*

Embamma. *Mártalék.* Zafrig, v. Csorba za jistbine osladiti. *Slatky Szok.*

Lactuca. *Saláta.* Salata. *Shalata.*

Oxalis. *Sóska.* Kiselyak. *Kiszelicza.*

Omphacium. *Egres lév.* Lyutina. *Szokod nezrelega groszdja.*

Orisa. *Riskása.* Pirincs. *Rishkasha.*

Pulli elixi. *Sült csirkék.* Frigani pilicsi. *Pischęnczi frigani.*

C. Errasti semel. V. Ubi? C. dixisti pullos elixos pro frixis. V. Fateor: debeo tibi semel victoriam. C. Nunc vicissim propone: redimas te, si potes. V. Vis respondere de vestiaria e Dialogo XII. C. Ut libet. V. Redde latine, quae proponam germanice.

Beinkleider? C. Femoralia. Gache. *Gache.*

Strumpf? Tibiale. Csoropa. *Strumpf.*

Strumpf-Band? Periscelis. Podveza. *Podvez.*

Schuh? Calceus. Czipela. *Czipelishi*
Handtuch? Mantile. Peschkir, *Ruchnik ali obriczah.*
Gürtel? Cingulum *vel* cingulus. *Pojasz. Pojas.*
Unterrock, und Oberrock? Tunica et toga. Dolama kratka, halya duga, ali gornya halya. *Dolama* V. Falleris. C. Quid tunica et toga Romanis fuerit? fortasse quaeris. Consulamus, si lubet, Lexicon *Schelleri.* V. Haud vacat. Lusus invitat.

Admonitio. Hunc fere in modum examen, *repetitio,* quae est mater studiorum, *et concertatio* per duos, pluresve discipulorum institui potest.

MONITUM
AD
MAGISTROS.

Lingua Latina non tam scientia, quam scientiarum instrumentum est; itaque ad eius plenam cognitionem omni quidem studio ducendi sunt discipuli, nec tamen instrumenti apparatione tamdiu detinendi erunt, ut magna aetatis optimae pars *realium* scientiarum studiis eripiatur.

Linguarum omnium cognitio 1) rerum, seu vocum notionibus vel significationibus. 2) Has inter se rite construendi ratione, seu Syntaxi absolvitur.

Latine construendi ratio 1) ex institutionibus Grammaticis. 2) Explanatione, et exemplis auctorum. 3) Exercitatione, ac thematum scriptione praeclare traditur.

Vocum notiones 1) ex eorundem thematum creberrima per quadriennium Grammatices scriptione, sive significata a Magistro (ut in scholis nostris fieri solet) dictentur, seu (quod alibi in usu est) pueris e Dictionario conquirenda relinquantur. 2) E Vocabu-

lariis, Nomenclatoribus, Indiculo universali, tamquam ianuis linguarum etc. vulgo discenda percipiuntur.

Cum in condiscenda quavis lingua totius rei cardo, in eo inprimis versatur: ut maxime, quantum fieri potest, vocabulorum copia memoriae imprimatur, vocabularium eiusmodi, in quo genuinae vocum significationes linguis vernaculis exponuntur, ad scopum praefixum necessarium esse, in aperto est.

Hunc in finem *Syllabus* 1-mi ordinis ea solum vocabula *primitiva*, seu radices, quae fertilitatis, et usus sunt maioris, hic in usum 1.mae Grammaticae tironum subiungitur. Radices hae numero 736. intra anni unius curriculum facile instillari poterunt infimae Grammaticae alumnis, si industria sequens adhibeatur:

1) Si quotidie ternas radices mane, totidem a meridie cum generibus, genitivis, praeteritis suis ediscere, die Sabbati vero totius hebdomadae pensum de memoria reddere iubeantur.

2) Si fabulas Aesopi sedecim, quibus eaedem prope omnes intexae sunt, in schola eum in modum explanet Magister: ut praeter construendi rationem, primitivorum significationes accurate exponat, et ad tironum attentionem excitandam explicata adnotare, ac domi ordine alphabetico in libellum referre iubeat, quem sub finem hebdomadae Decurioni exhibeant.

3) Scriptione: si nempe primitiva eadem, seu superioribus diebus, vel memoriae mandata, vel explicata argumentis admisceantur, neque significatio dictetur.

4) Radices omnes ducendis constructionibus vernaculis illigatae in sex partes divisae sunt. Postquam pueruli literas: A. B. C. edidicere, harum partem primam, instituto publico examine, ex tempore latinae reddere iubeantur.

SYLLABUS PRIMITIVORUM

I. ORDINIS.

A. SUBSTANTIVA

Hic Aemulus, i. *Vetélkedő társ, valakinek követője.* Eiferer, Nachfolger, Neider. Záwistnik, Nasledownik. Nazlednik. *Napridnik.*

Aestus, us. *Meleg, hévség, tengerjárása, viſſzafolyása, habzása.* Hitze, Meersfluth. Horkost, parno, burene More. Szunćeni sar. *Že stina.*

Ager, gri. *Szántóföld.* Acker. Role, Pole. Nyiva. *Polje.*

Animus, i. *Kedv, lélek, éſz.* Gemüth. Wule, Misl. Hoteny. *Zelja.*

Annus, i. *Eſztendő.* Jahr. Rok. Godise, leto. *Godina.*

Arbiter, tri. *Közbíró, közbenjáró.* Schiedsmann, Mittler. Roze, znáwatel, Sudce. Odlućeni szudecz. *Sudac odabrani.*

Aries, etis. *Kos.* Widder. Skopec. Skopecz. *Ovan.*

Artus, us. *Tag, íz, réſz.* Glied. Ud. Vud. *Članak, udo.*

Astus, us. *Ravaſzság.* List. Sibalstwi. Čalaria, žbanlyivozt. *Lukavshtina, privara.*

Auctor, ris. *Valamit kezdő, ſzerző, javalló.* Rathgeber, Anfänger, Urheber. Puwodec, kteri néčo počina. Pocetnik. *Početnik.*

Haec Acies, ei. *Élesség, vagy hegye valaminek, hadi rend.* Die Schärfe, die Schneid, oder Spitze am Eisen, die Schlachtordnung. Ostrost, Wogsko, Sprawa. Ostrina. *Oshtrina v. vojska.*

Aedes, is, *Ház, Egyház.* Ein Haus, oder Kirche. Dum, Staweni. Hiza. *Kuća.*

Ala, ae. *Szárny.* Flügel. Kridlo. Krelyut. *Krilo*
Ancilla, ae. *Szolgálóleány, szolgáló.* Eine Dienstmagd. Služebkine. Szlusbenicza. *Slushkinja.*
Aqua, ae. *Víz.* Wasser. Woda. Voda. *Voda.*
Ars, tis. *Mesterség, kézi munka.* Kunst. Umeni. Kunst. Mestria. *Zanat.*
Avis, is. *Madár.* Vogel. Stták. Pticza. *Tica.*
Aula, ae. *Udvar.* Hof. Dwúr. Dvor. *Dvor v. Avlia.*
Hoc Aes, aeris. *Ércz, réz, pénz.* Erz, oder Geld. Méd, Hruda. Bruncz. *Pirinč.*
Aevum, i. *Örökidő, hosszúidő.* Lange, immerwährende Zeit, Ewigkeit. Dluhi Čas, Wek. Doba. *Vik.*
Argentum, ti. *Ezüst.* Silber. Stříbro. Szrebro. *Srebro.*
Arma, orum. *Fegyver.* Waffen. Zbrog. Orusje. *Oružje.*
Astrum, ri. *Csillagzat.* Gestirn. Hweznost. Svezdje. *Zvizda.*
Aurum, i. *Arany.* Gold. Zlato. Zlato. *Zlato.*

ADIECTIVA.

Aeger, a, um. *Beteg, erőtlen.* Krank. Nemocni Nezdrawi. Bolestan. *Bolen, nemočen.*
Aequus, a, um. *Igaz, egyenes.* Gleich, billig. Rowni, sprawedliwi. Pravedan. *Pravičen.*
Albus, a, um. *Fejér.* Weiß. Bili. Bil. *Bel.*
Alius a, ud. *Más.* Anderer. Gini. Drugi. *Drugi.*
Alter, a, um. *Kettőnek egyike.* Anderer. Druhi. Drugi. *Drugi.*
Amplus, a, um. *Bő, tágos, széles.* Weit, groß, geräumig. Prostrani, weliki. Prostran. *Velik, Prostran.*
Aptus, a, um. *Illendő, alkalmas, alkalmatos.* Tauglich, geschickt. Spusobni, Prihodni. Prikladan. *Prikladan.*
Asper, a, um. *Goromba, kemény, darabos, zordon.* Grob, hart, rauh. Trpki, ostri, srsnati. Oshtar v. .yut. *Oster.*

Ater, a, um. *Fekete, mint a' koltszén.* Schwarz. Černi gako Ugel. Cern. *Čern kakti vuglen.*

VERBA.

1-*mae.* Amo, as, avi, atum, *Szeretek.* Lieben. Milugem. Ljubim. *Lyubim.*

Ambulo, as, avi, atum. *Járok, sétálok.* Spatziren. Prechážam se. Hodim. *Hodim.*

Ariolor, aris, atus sum. *Jövendőlök.* Wahrsagen. Hádam. Bajam, v. čaram. *Prorujem.*

Aro, as, avi, atum. *Szántok.* Ackern. Orem. Orem. *Orjem.*

2-*dae.* Arceo, es, cui. *Eltiltom, üzöm.* Abhalten. Bránim, odhanim. Branim, odtirujem. *Branim, odganyam.*

Areo, es, ui. *Megaszok, fonnyadok.* Dorren, verdorren. Schnem, wisicham. Sannem. *Szushimsze, szehnem.*

Aveo, es. *Kivánok.* Verlangen. Žadám. Želim. *Selim.*

Audeo, es, ausus sum. *Merek, merészlek.* Dürfen. Smim. Smiem. *Szmem.*

Augeo, es, xi, ctum. *Öregbítem, nevelem.* Vermehren. Rozmnožugem. Uzmložajem. *Povekshavam.*

3-*tiae.* Ago, is, egi, actum. *Mivelem, cselekszem.* Thun, machen. 2-*do hajtani.* Treiben. Cinim, robim. Činim. *Činim.*

Alo, is, ui, itum. *Táplálom, nevelem.* Nähren. Cho, wam. Ranim. *Hranim.*

Ango, is, xi. *Kesergetem.* Aengstigen. Sužugem, dusim. Mučimse. *Saloztim.*

Arguo, is, ui, utum. *Megfeddem.* Strafen. Trescem, káram. Karam. *Karam.*

4-*tae.* Audio, is, ivi, itum. *Hallok.* Hören. Slisim. Čujem. *Čujem.*

B. SUBSTANTIVA.

Hic. Bos, vis. *Ökör.* Ochs. Wol. Vol. *Vol.*

Haec. Barba, ae. *Szakál.* Bart. Brada. Brada. *Brada.*

Bucca, ae. *Pofa.* Backen. Tlama, Huba. Shuplina vuzt. *Obrazi napunuti.*

Hoc Bellum, i. *Had, harcz.* Krieg. Wogna. Vojzka boj. *Ratt.*

ADIECTIVA.

Barbarus, a, um. *Kegyetlen, paraſztos.* Barbarisch, grausam. Nemrawni, ukrutni. Kervoloćen. *Kervolocsan.*

Blandus, a, um. *Nyájas, hizelkedő.* Liebkosend, liebreich. Ulisi, lahodni. Mil. *Mil.*

Bonus, a, um. *Jó.* Gut. Dobri. Dober. *Dobar.*

Brevis, e. *Rövid, kurta, törpe.* Kurz. Krátki. Kratek. *Kratak.*

VERBA.

1-*mae.* Bacchor, aris, atus sum. *Dobzódom, dühösködöm.* Schwärmen, toben, rasen. Blážnim se. Maćnitim. *Obistovati.*

3-*tiae.* Bibo, is, bibi, bitum. *Iſzok, iſzom.* Trinken. Pigem. Piyem. *Piem.*

4-*tae.* Bullio, is, ivi, itum. *Forrok.* Sieden. Wrem. Vrem. *Vriem.*

C. SUBSTANTIVA.

Hic Calamus, i. *Iró toll, ſzár, nád.* Schreibfeder, Halm, Rohr. Pero. Pero *Pero.*

Caupo, onis. *Vendégfogadó.* Wirth. Krčmár, Šenkár. Kerćmar. *Kerčmar.*

Cinnus, i. *Hajfürt.* Haarlocken. Wlas kučerawi. Dugi, lasi. *Rudavi kosa, v rudo kos.*

Cruor, oris. *Vér, aluttvér.* Blut aus der Wunde. Krew. Szukervica. *Sukervica.*

Cumulus, i. *Rakás.* Haufen. Hromada. Kup. *Herpa.*

Haec Calumnia, ae. *Hamis vád, megſzollás.* Lästerrede, Verläumdung. Pomkuwani. Kriva obshanozt. *Potvorenje.*

Calx, cis. *Sark, mész.* Die Ferse, der Kalk. Pata, Wapno. Vapno. *Kreč.*

Caro, nis. *Hús.* Fleisch. Maso. Meszo. *Meso.*
Causa, ae. *Ok.* Ursache. Pričina. Zrok. *Uzrok.*
Caena, ae. *Vacsora.* Nachtmahl. Wečera. Večerja *Večera.*
Crux, cis. *Kereszt, kín.* Kreuz, Pein. Križ, Sužowáni. Kris. *Križ.*
Culpa, ae. *Hiba.* Schuld. Hrich, Prowineni. Greh *Krivnja.*
Cura, ae. *Gond, szorgalom.* Sorge. Pečliwost. Zkerb. *Briga.*
Hoc Caput, itis. *Fő, rész.* Haupt, Theil. Hlawa. Glava. *Glava.*
Coelum, i. *Menny, ég.* Himmel. Nebe. Nebo. *Nebo.*
Castra, orum. *Tábor.* Lager. Wogenske, Leeni Tabor. *Tabor.*
Cor, dis. *Szív.* Herz. Srdce. Szerca. *Serce.*

ADIECTIVA.

Coecus, a, um. *Vak.* Blind. Slepi. Slip. *Szlep.*
Castus, a, um. *Szűz, tiszta.* Keusch, rein. Čistotni. Neodskvenjen. *Čizt.*
Cavus, a, um. *Odvas, üreges.* Hohl. Wihlubeni. Shupalj. *Sčupely.*
Celer, is, e. *Gyors, serény.* Geschwind, schnell. Richli. Berz. *Berz.*
Clarus, a, um. *Világos, tiszta, híres, nevezetes.* Klar, hell, berühmt. Sasni, swetli, čisti. Glasovit, bistar. *Glaszovit.*
Claudus, a, um. *Sánta.* Hinkend. Kulhawi, chromi na Nohi. Rom. *Hrom.*
Clemens, tis. *Kegyelmes.* Gnädig. Dobrotiwi. Milotvoran v. millostiv. *Dobrotiv.*
Celeber, ris, e. *Híres, nevezetes.* Berühmt. Wichwáleni. Glasovit. *Glaszovit.*
Cunctus, a, um. *Mind, minden, mindnyájan.* Insgesammt, alle. Wšeci. Vas. *Vesz.*
Curvus, a, um. *Görbe, horgas.* Krumm, gebückt. Kriwi. Gerbav. *Gerbav*

ADVERBIA.

Centum. *Száz.* Hundert. Sto. Stotina. *Zto.*
Circum. *Körül*, *környül.* Herum. Okolo, wukol. Okolo. *Okolo.*
Clam. *Alattomban*, *titkon.* Heimlich. Potagemne. Potajno. *Potmajno.*
Contra. *Ellen*, *ismét.* Entgegen. Proti, na odpor. Protiva. *Szuprot.*
Cras. *Holnap.* Morgen. Zegtrá. Sutra. *Zatra.*

VERBA.

1-*mae.* Clamo, as, avi, atum. *Kiáltok.* Schreien. Kričim. Vičem. *Kričim.*
Clino, as, avi, atum, (vetus.) *Hajlok meghajlok.* Neigen. Nachilugem se. Nagibamse. *Nagiblyem.*
Copulo, as, avi, atum. *Eggyesitem*, *hozzákötöm.* Zusammenfügen, verbinden. Spogugem. Zavezugem. *Zkupvžem.*
Creo, as, avi, atum. *Teremtek*, *állatok.* Erschaffen. Stworim. Stvaram. *Ztvarjam.*
Crepo, as, ui, itum. *Dörgök*, *zörgök*, *dücsekedek.* Krachen, poltern, sich rühmen. Zwučim, chwalim. Pukam, cerkavam. *Puczam*, *czerkam.*
Cubo, as, ui, itum. *Fekſzek*, *alſzom.* Liegen, Schlafen. Ležim. Ležim. *Ležim.*
Cunctor, aris, atus sum. *Kések*, *múlatozok.* Verweilen. Pomeſkawam. Produljiti. *Sentam.*
2-*dae.* Caleo, es, ui. *Melegſzem*, *hevülök.* Warm sein. Teplim, Zahriti gſem. Vručsam. *Topelszem.*
Calleo, es, ui. *Ertem*, *tudom.* Wissen, verstehen. Rozumim, wim. Znam. *Znam.*
Candeo, es, ui. *Fejérlek*, *tüzesedem.* Weiß sein, glühen. Rozpalani gſem, bilim se. Bil biti zažaren. *Od ognya bolymsze.*
Caveo, es, vi, cautum. *Örizkedek*, *távoztatok.* Sich hüten, vermeiden. Warugem se. Pazimse. *Pazimsze.*

Čenseo, es, ui, sum. *Vélem, itélem.* Achten, schätzen, halten. Domniwam se. Stimam. *Mislim, v. činim*

Cieo, es, *vel*, Cio, cis, civi, citum. *Hivom, inditom.* Bewegen, beruffen. Wolam, pozbuzugem. Gihlyem, Zovem. *Gunem v. zovem.*

3-*tiae*. Cado, dis, cecidi, casum. *Esem, elesem.* Fallen. Padam. Padam. *Padam.*

Caedo, is, caecidi, caesum. *Ütöm, metszem, vágom.* Schlagen, hauen. Bigem, sekam. Bijem. *Bijem,*

Cano, is, cecini, cantum. *Éneklek.* Singen. Spiwam. Popevam. *Pivam.*

Capio, is, cepi, captum. *Fogom, kapom.* Fangen, fassen. Chitam, lapam. Lovim. *Fatam.*

Carpo, is, psi, ptum. *Leszaggatom, szedem, megfeddem.* Pflücken, tadeln. Trham, karham, utrham. Tergam. *Tergam.*

Cedo is, cessi, cessum. *Engedek, helyt adok.* Weichen. Odstupugem, menugem. Odpučham. *Odpuschàm.*

Cello, is, ui (*ant.*) *Felűlmúlom.* Uebertreffen. Wrchnim gsem. Predszem. *Priteči.*

